in die pasche. & dñica. i. post tri. (Et mouebat aqua vel ab angelo imediate vl' ab angelo mediãte quodã ligno qõ ibi dicebat esse. Sicut em̃ recitat Wagr hi. q̃dã tradũt ꝙ regina saba lignũ viderit in domo salꝰ lubani i hierl'm cũ visitasset Salomonẽ in q̃ ligno diuinitꝰ cognouit suspẽdẽdũ fore quẽdã pp cuiꝰ mortẽ interiret regnũ iudeoꝝ: & hoc ipm Salomoni significauit cũ abscessisset. Qõ salomon veritꝰ durabilitati regni sui ꝓsulẽs fodit lignũ illõ iuxta tẽplũ vbi magna ꝑcipitia replebat aggerib⁹. Sed ꝓcessu tꝑis facta ẽ ibi piscina. & appropinquãte xp̃i tpe lignũ illud diuinitꝰ ascẽdit: vt esset in aq̃: & eo moto ab angelo: aq̃ mouebat. Inde aũt iudei ex illo ligno crucẽ dñi fecerũt. Sz vt idẽ ait hoc nõ est certũ. In quadã em̃ hystoria sctẽ crucis bz. ꝙ Seth filiꝰ Ade ex ꝑcepto ꝑris iuit ad paradisum: vñ fuerat electus: & petiit ab angelo custode oleuz mie. Qui dedit illa tria grana ligni vetiti: que plãtauit sup sepulcrũ Ade. & intres virgulas coluerũt: q̃ postmodũ coierũt in vnã ardorẽ q̃ succisa fuit i edificiũ tẽpli: lz nunq̃ potuerit opi cõgruere. Semp em̃ ẽ tũcuẽ ꝙ varie trũcarek: aut ꝓlixior nimis aũt breuior erat q̃ necesse foret. vñ tãdẽ relicta ẽ veluti inutilis i atrio tẽpli. Ceperunt aũt hoies istinctu diuino lignũ illõ reuereri quapropter sacerdotes idigna ti acveriti nequa superstitio idololatrie subouirek: pjcerũt illud in vicinã piscinã: & madefactũ aqua descẽdit ad fundũ. donec xp̃i tpiꝰ enatauit: & accidit vt supra. Sed neq̃ hoc certũ dr̃ q̃ ꝓbabile fiat ex angeli descensu & aque mirabili motione: necnõ a sanatione infirmo aliq̃d magni in illa piscina latuisse. (Et q̃ prior descẽdisset in piscinã) p se vel p iectꝰ ab alio: (post motionẽ aq̃ etiã) forte si tã cessasset aqua moueri (sanus fiebat a quacũq̃ detinebat infirmitate) curabili vel icurabili p naturã. Causa aũt quare deꝰ hoc mirabile p aquã opabat assignat a doctorib⁹ ꝑcipue a Chrỹ. Uoluit em̃ deus homines assuefacere: & inducere ad baptismum qui incipere debebat. Unde precesserunt multe figure: vt puta aqua que in lege purgabat immunditias corporales: nõ veras sz opinatas q̃ erant irregularitates q̃dã: puteas q̃ erant a cadauere tacto vel lepra vel hmõi. Deinde dedit expressiorẽ: aquã ista q̃ lauaret corporis sordes: & expelleret infirmitates eiusdẽ occultas quadã virtute: sicut & baptismus virtute occulta passionis xp̃i p aquam abluit alẽ sordes: & aligh etiã cõfert corporalẽ sanitatẽ. Uerũtñ qr figura deficit a figurato: ista aqua nõ sanabat nisi corpus & nisi vnũ corpꝰ: baptismꝰ autem sanabat alas & infinitas. Habebat aũt efficaciã sanandi ista aqua fm aliquos. Primo ab hostijs sacratis vel sacrãdis q̃ ibi lauabant: & 2ᵒ a predicto ligno si illa vera sunt. & Tertio a motu angeli monẽtis. s. Tho. autẽ super Jo. dicit ꝙ sanabat virtute angeli sz nõ est itelligendum virtute eiꝰ naturali: qr nequiuisset sanare infirmitates p naturã incurabiles cũ nõ operet nihil p causas naturales: puta adhibẽdo naturales medicinas. sed a virtute angeli supnaturali qua vt minister de illa miracula opabatur ex pte: sicut faciũt aliq̃ sancti viri qllo etiã sacramẽta p virtutẽ in eis intẽtionaliter existentẽ a deo operant ad iustificationẽ aiarũ. ¶ Sed p his aduertendũ est: ꝙ ista miracula a duobꝰ p̃ñr dici fuisse facta immediate. Primo. s. a virtute dei: ita ꝙ nec in aqua nec in angelo esset ad hec aliqua virtꝰ: sed solũ signũ & cõcomitãtia diuine ꝓtutis: sicut tuba est signũ belli qõ nõ exercet p tubã sed p regẽ & milites. Et 2ᵒ a virtute existẽte a deo in angelo & aqua: sicut in instrumẽtis intẽtionaliter. Et hoc est veriꝰ: et doctrine sanctoꝝ ꝓfomines: vt sicut in aqua baptismi est virtꝰ ad sanãdũ animã: ita in aqua piscine illius esset virtꝰ ad sanandũ corpora. Jn hac parte habemus ex testis allegorico documẽtũ quẽadmodũ noue legis sacramẽta reuereri debeamus q̃ grãm ꝓferũt: & sanant cõsequenter infirmos. Nam scõm Augusti. hec piscine oulis aqua ppr̃m significat indeotũ q̃ etiã vt ait Beda noie ouiũ appellatur iuxta illud. Oues pascue eius Quinq̃ autẽ porticibus. i. quinq̃ libris Moysi fm Aug. claudik in ꝺbus infirmi

q̃dã iacẽt: sed nõ sanank. qz lex pctõres cõuincebat: sz nõ absoluebat: qz illa sacremẽta nõ ꝓferebãt grãm vt habes in die circũcisionis. Jsta aqua turbata fuit fm Aug. qñ fuit in xp̃i passione cõcitata: ex xp̃i doctrina & cõuersatione & miraculis: sed occulte xp̃s eã turbauit. qz si cognouissent nunq̃ dñm gl'ie crucifixissent. Sanabat ergo descẽdens in aquã turbatã. i. credẽs in xp̃i passionẽ virtute cuiꝰ p fidẽ sanabãt infirmi. Aduenientẽ aũt xp̃o sanank infirmi verbo eiꝰ. i. p sacramẽta noue legis que ex verbis cõstant: & signis. i. corporeis elementis.

¶ Moraliter aũt ista piscina significat penitẽtiã in qua sanank infirmitates spirituales. Est aũt tũc ista piscina virtuosa ad sanandũ pctã qñ in ea inuenit̃ primo hostia salutaris. i. mortificatio carnis. iuxta illud Ro. xij. Exhibeatis corpora vestra hostiã sanctã. Et 2ᵒ lignũ crucis. i. meditatio passionis xp̃i q̃ sanat languidos. i. desides in cuiꝰ signũ terra mota est i passione & cecos. i. peccãtes ex ignorãtia: in cuiꝰ signũ gutta sanguinis purificauit oculũ obtusum Longini: tã ꝙ collyriũ & claudos. i. peccãtes ex infirmitate: in cuiꝰ signũ xp̃s in passione petrũ sic peccãtẽ sanauit: & aridos. i. peccãtes p malitiã: sicut ytz in dextro latrone etiã illũ qui. xxxviij. annos hz infirmitate. q̃ scz hz cõsuetudinẽ peccandi. Jn cuiꝰ signũ multa corpora putrida i passione surrexerũt. Et tertio qñ inuenitur in ea motus angeli: qz. s. aia ꝙtũ ad oẽs suas potẽtias mouet fm angeli inspirationẽ: qz. s. mouet mẽoria ad ruminãdũ ꝓpria maleficia & diuina bñficia: intellectus ad credẽdũ: volũtas ad amãdũ &c.

¶ Quãtũ ad 5ᵒz post ꝓparationẽ miraculi tangit ꝓpetratio: cũ bz erat aũt ibi quidã hõ. Sicut dicit Chrỹ. huncquidã esse putãt paralyticũ de q̃ refert Matt. sed nõ est ille qr iste ministrũ nõ habebat q̃ ꝓsequeret illũ i piscinã. ille hẽbat multos sui curã agẽtes sz & locus vtroq̃z vt ait diuersus est. (xxxviij. annos habens in infirmitate sua) q̃ ꝓpter sua pctã acciderat ei. vt patebit: vñ diu fuerat punitus. Sz tñ qr patiẽter dei flagellũ tolerauit ꝓgruũ: fuit vt sanaret. ¶ Et

n ij

aūt sciēāū q ly hīs pōt pstrui cū ly ibi: ⁊ est sensus: q in illis portubus infirmi. xxxviij. annis iacuerit. pōt etiā cōstrui aut legi cū ly in ifirmitate ⁊ sensus ē: q fuerat ifirmus. xxxviij. annis ibi vl' alibi. Primꝰ sensus est dubiꝰ q̄uis videat eē. Chry. Scōs ho certꝰ (hūc cū vidisset iesus iacētē ⁊ cognouisset) nō solū in x̄tū deꝰ sz etiā in x̄tū hō ex se vl' ex relatu eiꝰ vel astātiū (qz multū tpe hfet). s. in infirmitate: vel forte i loco illo (dicit ei vis sanus fieri. (Ubi ē aduertēdū hz Chry. ⁊. s. Tho. q nō statim eū a principio sanauit sed prio sibi familiarē facit: vt ad fidē futurā disponat. Nec vt idē dicit exigit ab eo pītē fidē vt aliq̄n fecit a q̄busdaz dicēdo credītis q̄ b̄ possim ⁊c. Jste em nōdū nouerat manifeste q̄s eēt. Reḡrunt aūt de fide ō eū cognoscebāt. Nec etiaz vt idē dicit: q̄rit si vult sanari: ex ignorātia: qz eēt supfluū: sz vt oīderet alijs ei⁹ patiētiā: ⁊ q̄ dignior esset sanari q̄ trigīta octo annos hīs p vnū quēq̄ annum eripi ab egritudine expectāte: assidebat ⁊nō desistebat. Et fm. s. Tho. sic interrogauit. vt magis excitaret aīm ei⁹ ad sanitatē: ⁊ cōsequēter gratiꝰ ei foret diuinū bñficiū (Rñdet ei lāguidꝰ) trā quille ⁊ de te: in q̄ etiā ei⁹ patiētia oñdit fm Chry. qz. s. nō est exasperatꝰ: x̄po dicēte: v s sanus fieri. cū tñ talis interrogatio derisoria videri potuisset (dñe hoiem nō habeo: seruitorē.) vt cū turbata fuerit aq̄: mittat me i piscinā (añ alios. (Dū venio em ego ex q̄ ptz q̄se mouebat: sed tarde vñ subdit aliꝰ ante me descēdit) q̄ū dicēret. Si me velles iuuare, ⁊ eē hic in obsequiū meū vsq̄ ad aque motionem semp tibi obligarer. Nā fm Chry. nesciebat q̄s eēt x̄ps: vel q̄d factur⁹ esset: sed sperabat eū fore sibi vtilē ad salutē p corporale ministeriū. Sed x̄ps maiꝰ aliq̄d ei cōtulit. i. pfectā ⁊ integrā sanitatē aie et corpis: ⁊ iō subdit. (Dicit ei iesus. Surge tolle grabatū tuū). i. lectū i q̄ iacebat fm Wag. histo. q̄ dicit q̄ grabatū ē lect⁹ pauperū: in quo capiti tm supponit aliq̄d. Et dicit a graba q̄ est caput. (⁊ ambula) vt miraculū ſt euidēs: vt ait Chry so. ⁊ nō videat phantasia. Jste aūt non derisit vt dicit Chry. dicens nunq̄d es maior angelo. vt imperio tuo me velis sanare sed credidit inbēti. Et statim sanus factꝰ est hō. Ex quo ptz fm Bedā q̄ sanatio x̄pi differt ab ea quā faciūt medici qz illa est in tpe lōgo ⁊ mediātibus medicinis: hec aūt statim ⁊ solo ẏbo. Uñ ista miraculosa ē: etiā si talis infirmitas p naturā esset curabilis: qz natura cura re nō pōt illo mō. s. statim. Aliq̄d em est supra naturā x̄tū ad rē factā: vt statio vel retrocessio solis aliq̄d x̄tū ad rē factā in hoc nō simp̄r: vt cōferre vitā mortuo: natura em pōt vitā infundere sed nō cadaueri: aliq̄d x̄tū ad modū faciēdi solū: vt pferre subito sanitatē ei q̄ natural'r erat sanabilis pcessu tpis. prima sunt miracula maxima. scōa media. tertia ifima: vt ptz. j. par. q. cv. (Et sustulit grabatū suū ⁊ ambulabat.) in signū pfecte sanitatis: ⁊ ad dei gl'iaz ⁊ honorē.

¶ Et tñ notandū fm Augu. q̄ cū tot ibi essent lāguidi nō sanauit x̄ps nisi vnū: qz sanat corpora fm q̄ cōgruebat aiabus. Jn hac parte est documētū morale: q̄ q̄ patienter tolerāt dei flagella: tandē merent a deo cōsolari: q̄ ẏo impatiēter ferunt a psentib⁹ tormentis ad futura ducunt. Augu. j. de ciuitate dei. Patientia dei ad penitentiam inuitat malos: sicut flagellum dei ad patientiā erudit bonos. Jtaq̄ misericordia dei fouendos amplectitur bonos: sicut seueritas dei puniendos corripit malos. Placuit quippe diuine pmdentie prepārare in posterum bona iustis: q̄bus non fruentur iniusti: ⁊ mala impijs quibus non excruciabuntur boni. Hec ille.

¶ Wozal'r etiā significat modꝰ quo deꝰ spūales ifirmitates curat. prio em exhibet medicinā purgatiuā a malis humoribus: dicēs: surge. s. p cōtritionē ⁊ cōfessionē. Deinde secundo confortatiuam q̄ est spes venie: dicēs. tolle grabatū tuū. i. spem mētalē. Dicit em grabatū a graba q̄ est caput: vt dictum est. Et tertio melioratiuā: que est satisfactio: dicens. ambula ⁊ quatro pseruatiuā. q̄ est cautio circa occasiones peccādi dicēs: iā noli peccare ne deteriꝰ ⁊c. periculosa em ē recidiua tio. Primo ex pte dei. qz grauiꝰ offenditur rōne ingratitudinis. Et scōo ex parte diaboli: qz tanq̄ miles castruz perditum ⁊ recuperatū cautius munit. Et tertio ex parte hois: qz posq̄ se frequenter labi videt: iam ex quadam consuetudine peccare p nihilo ducit: iuxta illud. Prouer. xvij. Jmpius cū in pfundum peccatorum venerit contemnit.

¶ Quātū ad tertiū ponit miraculi publicatio: cū dr. (Erat aūt sabbatū in illa die) in quo nō lz opa seruilia seu corpalia facere: ⁊ in quo facilꝰ poterat multitudo pfluere ad vidēdum pdigiū istud. (Dicebāt ergo iudei illi q̄ sanꝰ fuerat factus) ⁊ videbat nō obseruare festū portādo grabatū (sabbatū ē: nō lz tibi tollere grabatū tuū.) Jsti fm Aug. nō calūniabāt dño q̄ lāguidū sanasset i sabbato: q̄si eis potuisset rñdere q̄ si ipsi curabāt: ⁊ abstrahebāt de puteo sabbato pecora: ipse posset hoies curare: sz illū rep hēdebāt q̄ grabatū portabat: quasi dicerēt. Si sanitas nō erat differēda nūq̄d ⁊ opꝰ fuerat impetrādū. Decipiebāt aūt iudei: qz opꝰ corpale ad gl'iam dei factū cuiusmodi erat hoc: nō soluit sabbatū: vt ptz: qz sacerdotes sine pctō in tēplo occidebāt ⁊ lauabāt ⁊ offerebāt hostias (Rñdit eis. Qui me sanū fecit: ille mihi dixit: tolle grabatū tuū ⁊ ambula) quasi diceret fm Aug. Quare nō acciperē iusſionē a quo acceperā sanitatē? Jlle em vt dicit. s. Tho. p opꝰ miraculi oñdit se habere authoritatē ⁊ potutē diuinā: qua iussit sanatū deferre grabatum. Jste fm Chry. cognouit iudeos nō eē pncipal'r motos ex sabbati solutiōe: sz ex ifirmitatis sanatiōe. i. ex inuidia: ⁊ iō ipsaz sanationē publicauit: ⁊ in medīū adduxit dicēs: q̄ me sanū fecit. Sz illi maligne interrogauerūt: cū suddīt. (Quis ē ille hō q̄ dixit tibi tolle grabbatū tuū ⁊ ābula?) Nō dicūt fm Chry. q̄s te sanauit. sz q̄s iussit: ⁊ p eadē inuidia vt dicit ⁊ liuore moti. Nolebāt em cōfiteri miraculū factū a x̄po: sz de ipo diminutiue loq̄bant. Js aūt q̄ sanꝰ fuerat effectꝰ nesciebat q̄s esset qz diu lāguidus iacuerat: nec x̄pm cognoscebat (Jesus aūt declinauit a turba pstituta i loco. (Et hoc fm Chry. primo vt testimoniū lāguidi eēt credibiliꝰ de sua liberatione. Scōo vt nō plus indeorū furor accenderet. Tertio fm alios vt daret exēplū aliq̄n fugiendi calūniatores ⁊ iactantiā de opib⁹ gloriosis (postea inuenit eū iesus in tēplo) ad q̄ accesserat gr'as deo reditur⁹. Ex q̄ ptz q̄ etiā ala eiꝰ erat sanata. Cū em x̄ps esset principal'r medicꝰ alarū: nunq̄ vtdicit. s. Th. attulit salutē corpi: q̄n prio tpe vel natura attulerit etiam aie. (Et dixit illi. Ecce sanus factus es: iā amplius noli peccare.) Ubi ptz fm Chry. q̄ illa egritudo ex pctis eiꝰ puenerat: quāuis plurāq̄ ab alijs causis oriatur. Dedit etiā x̄ps vt idē dicit: signū sue deitatis: qz oñdit se eius pctā sciuisse. s. Tho. autē dicit x̄pm ideo quibusdā sanitatis talia dixisse ⁊ non alijs. Primo ꝓpter rationem quā tāgit Chry. qz. s. aliq̄ infirmitates p ueniunt a pctis prioribus alique ẏo nō. Scōo qz aliq̄ erāt paratiores ad correctionē: fm illud prouer. ix. Noli arguere derisorē ⁊c. Uel tertio: qz in istis hoc mādauit oībus alijs (ne deteriꝰ tibi cōtingat). i. ne incurras grauiorē penam. Uel qz vt dicit. s. Tho. recidiuans grauius punit ratiōe beneficij p̄cepti: vt rōne prioris pene: q̄ illū nō emendauit Chry. Si grauē sustineamus penā prioribus pctis: deinde in eadē incidimus: grauiora patiemur: ⁊ hoc decēter. Qui em nec ꝓpitio factus est melior: vt insensibilis de reliquo ⁊ ptēptor ad maius ducet tormētū. Si aūt hic nō oēs p pctis torquenf: nō cōfidamus. Nihil hic nos pati p peccatis: signū ē maioris illic futuri supplicij. Hec ille. (Abijt ille homo ⁊ nūtiauit iudeis.) Scōm aliquos iste nuntiauit iudeis maligne tāq̄ x̄pi accusator ⁊ ifti dicunt q̄ propter hoc x̄ps tanq̄ pimon ēs dixerit ei: iā amplius noli peccare ⁊c. (Sz Aug. dicit q̄ b̄ fecit vt euāgelizare: dñm) ⁊ sūr Chry. q̄ hoc argumentatur ex hoc q̄ nō dixit iudeis q̄ iesus esset q̄ iusserat eū tollere grabatū: sz dixit q̄ eum sanauerat tacēs de grabato. Uñ sequit: (Quia iesus erat q̄ fecit eum sanum.) Et. s. Tho. dicit nō esse probabile q̄ post tantū bñficiū ingratꝰ extiterit: maxime qz vt dictū est: fuit etiā in aia sanatꝰ. ¶ Jn ista pte est documētū in sensu morali fm

Aug. q Jesu cognoscit in tēplo: ſz nō in turba. Alicui⁹. Si gratiā redēptoris cognoscere volum⁹: ⁊ ad eius visionē venire: fugiēda eſt turba cogitationum: et
6 affectuum prauorū declinanda ſunt cōuenticula. ¶ Fugiendum eſt ad tēplum nōſipſos templum dei ſtudeamus facere: quos deus inuiſere: ⁊ in quibus manere dignetur. Hec ille. Amen.

¶ Sabba. poſt primam do. in. xl.

¶ Text. cuang. Matth. cap. xvij.

ASumpſit Jeſus Petrū ⁊ Jacobū ⁊ Joānē fratrē eius ⁊ duxit illos in mōtē excelſuz ſeorſum: ⁊ trāſfiguratus eſt añ eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol. veſtimenta autē eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt eis moyſes ⁊ helias cum eo loquētes. Reſpondēs autem petrus dixit ad ieſum. Dñe
H bonū eſt nos hic eſſe. Si vis: faciam⁹ hic tria tabernacula. Tibi vnū: moyſi vnū: et helie vnū: Adhuc eo loquēte ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bñ cōplacui. Ipſum audite et audiētes diſcipuli ceciderūt in faciem ſuā: ⁊ timuerūt valde. Et acceſſit ieſus et tetigit eos: dixitq eis. Surgite nolite timere. Leuantes autē oculos ſuos: neminē viderūt niſi ſolū ieſum. Et deſcēdētib⁹ illis de mōte precepit ieſus dicēs. Nemini dixeritis viſionē donec filius hominis a mortuis reſurgat.

ASumpſit Jeſus petrū Jacobū ⁊ Joannē ⁊c. Matth. xvij. In preſenti euangelio tangūtur tria pūcta q̄ ſunt Exultatio: cōturbatio: ⁊ cōfortatio. ¶ Quantū ad primū tangitur
3 magna exultatio que fuit in diſcipulis: qz viderunt gloriā xpi in trāſfiguratione. Eſt aut ſciendū q xps vt patet ex textu euāgelij: ante ſuam transfiguratio-

nem: vt habetur. Matth. xvj. promiſerat diſcipulis dicēs. Sunt quidā de hic ſtātibus qui nō guſtabūt mortē: donec videāt filiū hominis venientē in regno ſuo. i. apparētē eis i forma gloriosa: qua regnabit in regno ſuo. Et ſubiungit beat⁹ R
Matth. q poſt dies ſex apparuit gloriosus in transfiguratione aliquibus. Sed b. Lucas ca. ix. dicit poſt fere dies octo. Soluit aūt b. Hiero. quia Matthęus nō cōputat diē promiſſionis neq diē transfigurationis: ſed medios: Lucas autem omnes. Factū eſt autē hoc conueniēter poſt dies aliquos a pmiſſione: ſz Chry. vt mitigaret inuidiā eorū qui forte erāt cōturbati: qz ſe nō putabāt eſſe de illis quibuſdā: qui viſuri eſſent ante mortē gloriā xpi. vel vt interim maius accēderetur deſyderiū. Fuit aūt hoc poſt dies ſex: ſm. ſ. Tho. ⁊ Raba. qz poſt ſex etates futura eſt reſurrectio. Uel ſm Origē. qz non videbit gloriā reſurrectionis: q nō eleuatur ſuper omnia facta ſex diebus. Dicit ℣. (Aſſumpſit Jeſus). ſ. poſt dies ſex vel octo p̄dictos. (Petrum ⁊ Jacobū ⁊ Joannem fratrem eius) Sed cōtra: qz Amb. ſuper Lucam dicit: q fuit Jacob⁹ L
qui primus inter apoſtolus ſacerdotale ſoliū aſcendit. ⁊ Aug. ſuper epiſt. ad Galathas dicit: q fuit Jacob⁹ eps. ⁊ ꝑ hoc videntur velle q fuit Jacobus Alphei: nō Jacobus zebedei: qui fuit frater Joannis. Ad hoc dicit q in rei veritate fuit iacobus zebedei frater Joānis: ſeu Jacobus maior ſic dictus: qz fuit prior vocatus ℈ alius Jacobus: ⁊ familiarior xpo ⁊ prim⁹ inter omnes apoſtolos martyrio coronatus. Amb. aūt ſicut dicit Hugo cardinalis per ſacerdotale ſoliū accipit celū: in quo omnes ſunt ſacerdotes: q̄ Jacobus maior ante omnes apoſtolos tenuit: licet nō ante Stephanū: quia inter apoſtolos primus occubuit morte. Auguſtinus autem nō loquitur aſſertiue ſed ex aliquorū opinione. Nō autem aſſumpſit xps omnes apoſtolos: ad ſignificandū ſm Hiero. ⁊ Raba. q nō omnes M
vocati eligētur ad gloriā: eligūtur tamē tres ſm eoſdē: ad ſignificādū q nulli ad gloriā perueniēt niſi per fidē ſancte trinitatis. Aſſumpſit aūt hos tres pre cete-

ris ſm Chryſ. qz erāt ceteris peritiores. vel ſm. ſ. Tho. qz Petrus feruētior erat: ⁊ Joānes purior: ⁊ Jacobus aduerſus inimicos xpi maior erat bellator: vñ habuit ſm eū. iij. par. xlv. primatū martyrij inter apl̄os. Occidit eīm eū Herodes: credēs ſe aliq̄d magnū facere atq ꝑſtare iudeis ſi talē eorū ꝓſterneret hoſtem (Et eduxit illos in montē excelſum). i. in mōtē thabor diſtātē a Nazareth tribus milliaribus ſm magiſtrum hiſto. Et hoc primo ad ſignificādū q q deū cōtēplari volūt: in infimis voluptatib⁹ iacere nō debēt. Scōo vt oſtēdat gl̄iaz diuine claritatis nō eſſe in huius ſeculi ꝓfundo q̄rēdā: ſm Beō. vel ſm Hie. ⁊ Raba. in ſignū q resurrectionē beatā expectātes: debēt habitare in excelſis. Uel etiā forte ideo: qz ille locus erat ſecret⁹. (ſeorſum) a turba: ad ſignificandū ſm Remig. ⁊ ſ. Tho. q ſancti viri nūc a malis ſunt corde ſeparati ſz in gl̄ia erūt ſeparati oino i. corde ⁊ corpore ſeu loco (⁊ trāſfigurat⁹ eſt:) cū eſſet i oratiōne ſm Luc. nō mutādo
B figurā vel lineamēta: ſm Hiero. ſz mutādo claritatē. (ante eos). i. ipſis videntib⁹. ¶ Ad euidētiā aūt hoc⁹ ſciēdū eſt ex ſan. Tho. iij. par. q. xlv. q. cōueniēs fuit xpm trāſfigurari: ⁊ oſtēdere apoſtolis gl̄iam corporū futurā: qz debuit apl̄is oſtēdere ſiné ad quē ipm ſequēdo puenirēt. Cuilibet eīm viatori dz finis eſſe aliqualiter cognitus maxime quādo via eſt laboriosa: ⁊ finis letus. Per figurā tñ accipit vt dicit in xpi trāſfiguratione: nō ipſa figura ſz color vel lux exiſtēs in extremo corporis: vbi ēt eſt figura. Et ſm hoc vt ibi dicit mutauit figurā. i. claritatē: ſm quā ſolam dr: trāſfiguratus inter q̄tuor gl̄iosi corporis dotes: qz hec ſola ꝓpriē i ꝑſona. Alie eīm percipiunt in aliq̄ actu. Nō tñ decuit ſm aliquos xpm ꝓpōſtrare penas futuras iniquorū ſicut inſtorū ſm̄ia: qz venerat principaliter ad ſaluā
C dū: ⁊ nō perdēdum: ⁊ iterū qz iſti q̄ teſtes debebāt eſſe viſionis: non erāt mali ſed boni nec indigebāt induci timore penarū q̄ ducibiles erāt amore p̄miorū. ¶ Ad denotādū aūt q xps nō mutauit figurā ſz claritatē: ſubiūgitur quomodo ſit trāſfigurat⁹. cū dr (Et reſplēduit facies eius ſicut ſol) imo pl⁹ ℈ ſol: ſz nō potuit aliō lucidius exprimi. Uñ Remig. Si facies dñi reſplēduit ſicut ſol: ⁊ ſancti ſicut ſol fulgebūt: nūq̄d erit equalis claritas dñi ⁊ ſeruoꝝ? Nequaq̄: ſed qz nihil inuenit D
lucidi⁹ ſole: idcirco ad manifeſtādū exē plū future reſurrectionis: ⁊ facies dñi re ſplēdere: ⁊ iuſti fulgere dicunt ſicut ſol. Hec ille. ¶ Eſt autē notādū ſm. ſ. Tho. vbi ſ q illa claritas fuit claritas gl̄iosa i. quē habebūt ſancti in gl̄ia: ⁊ hoc quantū ad eſſentiā qz ſm Damaſce. fuit deriuata in corpus ab anima xpi: q ab inſtāti cōceptionis fuit gl̄iosa: ſz nō glorificauit corpus ex diuina diſpoſitione: vt poſſet pro noſtra ſalute pati ſed tūc glorificauit illud per modum trāſeūtis xpo volēte. Jdeo nō fuit gl̄iosa claritas quā tū ad modū habēdi illā qz nō fuit qualitas immanēs per modū habitus vt nominat dos. Jdeo etiā ille fulgor fuit miraculoſus: ſicut ⁊ miraculoſum fuit q ſuper mare ambulauit: nō aūt eſt miraculū q corp⁹ glorioſum fulgeat: qz immanētē ⁊ per modū habitus habet fulgorē. Hec ex. ſ. Tho. Dñs tñ Petrus de ſcala ſenſit q illa claritas non fuit gl̄iosa: niſi E
dicat gloriosa. i. ſimilis glorioſe: ſed fuit inquit formata in corpore xpi a diuinitate: ⁊ diſcipuli per illā viſibiliter apprehenſam intellexerūt ſenſu interiori claritatē gl̄ie quā nō videbāt. Facit aūt ali qua argumēta nulli⁹ momēti (Veſtimēta aūt eius) que ſm. ſ. Tho. ſignificabāt ſctōs (facta ſunt alba velut nix.) Jn q̄ videt notari grad⁹ claritatis inter ſctōs ⁊ xpm: cū ille ſoli: iſti niui cōparētur: ⁊ ille ſplēdere iſti albere dicantur. (Et ecce apparuerunt illis). i. diſcipulis. (Moyſes ⁊ Helias) qui venerūt vt teſtimoniū redderēt xpo. ¶ Eſt aūt aduertēdū ex. ſ. Tho. vbi ſupra: q iſti xpi teſtes non debuerūt eſſe āgeli ſz homines: qz ibi manifeſtabat gl̄ia corporis tñ: qua angeli carēt. Et debuerūt ipſi eſſe quidā ex his q̄ xpm ſequebātur: vt apoſtoli: ⁊ q̄ illum ꝑceſſerūt vt Moyſes ⁊ Helias: qz p xpm adducūtur ad gl̄iaz iſti ⁊ illi. Quomodo F
aūt Moyſes ⁊ Helias ibi fuerint: docet idē ibidē dicēs q glo ſſa q̄dā dicit q non fuerūt ibi vere: neq quo ad aiam neq q̄

ad corp⁹ :sz illa glossa ē sumpta ex libro de mirabilibus scripture: q autenticus nō est nec est Augu. vt ei falso attribuit. Hiero. vero super Matth. dicit Heliam vñ erat descēdisse. Moysen aūt resurrexisse. i. alia⁹ ei⁹ apparuisse i assumpto corpore. Et sic fm. s. Tho. Helias erat ibi in corpore ꝛ alia. Moyses aūt in alia sz nō i corpore suo qō vivificauerat añ sz in assumpto eo modo apparēs quo ꝛ angeli in corporib⁹ assumptis apparēt. ¶ Sed cōtra: qr Hiero. dicit nullā aiam ab inferis ascēdisse: donec xp̄s ad inferos descēderit. Sz ad hoc dicitur q per iferni accipit p̄uationē diuine visionis: a q̄ nulla aia ē liberata nisi p mortē xp̄i. Gl. aūt Luce q̄ dicit ibi vere nō fuisse illas alias sz illas apparitiones fuisse formatas angelico ministerio i subiecta creatura. i. in corpore: aut est abolita aut abolēda: vt patet ex. s. Tho. Et multo magis illa opinio q̄ dixit illos duos aparuisse imaginarie tm̄ qr expresse Luc. ix. dicit: q apostoli erāt vigilātes qñ viderūt maiestatē ei⁹ s. xp̄i ꝛ duos viros cū eo. Quidā aūt dixerūt q ibi nō fuit anima Moysi sola sine suo corpe: qr ñ potuisset dici vir: ꝛ tñ Lu. dicit ap̄los vidisse duos viros. Dicūt ḡ aliq̄ corp̄ q fuit in suo corpe: sz illud nō vivificabat: qr fuisset in statu merēdi: sz tm̄ mouebat. Alij vero dicūt q illō viuificabat: ꝛ tñ nō erat in statu merendi: qr ad illud nō fuerat suscitata: vt Lazar⁹: sz ad testificādū de xp̄o. Sz quicq̄d sit de opinionib⁹ horū tñ moriuū est nullū: qr illa aia appellata ē vir eo modo quo angelus apparēs i assumpto corpe sepe dictus est vir. s. qr in specie viri videbat. (Loquētes cū eo.) Quid aūt loquerēt exprimit Lucas dicēs: q loquebāt de excessu quē expleturus erat in hierlm. i. de excessuo dolore passionis ei⁹. Ipsa em̄ xp̄i passio excessus ē pp excessiuū dolorē: pudorē: ꝛ amorē: qr nūq̄ fuit vl erit passio tāt doloris: tāti dedecoris: ꝛ tātiamoris: sz oēs alios excessit. ¶ Quare aūt isti magis q̄ alij pphete apparuerint in testimoniū xp̄i: est multiplex ratio fm san. Tho. ꝛ Chrys. Prima quidē huius ratio est hec. Quia em̄ turbe dicebāt eum esse Heliā vel Hieremiā: aut vnū ex pphetis: capita prophetarum secum ducit vt saltem hic videatur differentia seruorum ad eum. Et sz Lucas dicat q fuerunt visi in maiestate: th intelligitur in maiestate xp̄i: q apparebat glia sua: non in maiestate sua ppria. Alia rō est. Qr em̄ cōtinue iudei accusabāt eū tāq̄ trāsgressorē legis ꝛ blasphemū: p̄tis sibi gloriā vsurpātē: vt ostēdat ab vtraq̄ accusatiōe innoxius: eos q̄ in vtroq̄ fulserūt in mediū ducit. Etenim Moyses legē dedit: et Helias p gliā dei emulator fuit. Alia rō est vt discāt homines: qm̄ mortis et vite potestatē hz: siue q̄ iudex est viuoꝝ ꝛ mortuorū. Propter hoc em̄ ꝛ Moysen qui in morte defecerat: ꝛ Heliā q̄ nondū mortē passꝰ fuerat i mediū ducit. Sūt ꝛ mīre alie puta fm Hie. vt ostēdat ille eē quē lex ꝛ prophete annūtiāt. Helias em̄ fuit inter prophetas celeberrimus i miraculis: ꝛ zelo ꝛ authoritate: vt patet ex scriptura: licet forte in aliq̄ horū habuit excellioreē. Et alia fm Ambr. vt ostendat ois veritas esse suspecta: q̄ nō legis vl pphetarū aut euangelij veritate firmat. Itē qr forte volebat discipulos informare: vt essent māsueti sicut Moyses: ꝛ fer uētes vt Helias. Cognouerāt aūt eos ap̄li ex interna inspiratione fm aliquos vel forte verius: qr apparebāt in habitu vl effigie tali qualē de eis fama spargebat puta Helias cū zona pellicea: ꝛ Moyses facie cornuta. ¶ Sz quare nō voluit xp̄s habere testimoniū alicuius eorū q̄ fuerūt in lege nature: puta Enoch? Ad hoc dr fm aliquos: q tēpore legis nature nō erat expressum an redēptio hūana esset futura p angelū vel holem: ideoq̄ tātū implicite credebat in filiū dei vēturū: sz Abrae explicatū est hoc: ideo cōsequēter nō debuit apparere Enoch vl alī⁹. Sed qr cōmuniter tenēt doctores q Adā cognouit mysteriū xp̄i cū dixit: hoc nūc os ex ossibus meis. Gen. ii. iō forte dici p̄t q isti duo sufficiebāt fini intēto a xp̄o in pta rationes supra allegatas: nec oportebat adesse aliū: altioquin pari ratione arguerēt q ibi fuisset aliquis de statu innocētie: puta Adam ꝛ aliquis angelus. (Respōdēs aūt Petrus). i. loquēs (dixit ad Jesum: Dne bonum est nos hic esse),

hec dixit cū discederēt illi duo vt dixit Lucas. ꝛ ad duo referūtur: Chrys. em̄ dicit q Petr⁹ añ fuerat horta⁹ dñs ne vel sit mori: sz xp̄s increpauit eū appellans eū satanā. i. aduersariū: ꝛ nūc petr⁹ idē fecit: sz caute ne denuo increparet. Voluit ergo q dñs lateret ibi: ꝛ q ibi essent illi duo quorū societate xp̄m gaudere videbat. s. Moyses ꝛ Helias. Sz Remi. ꝛ alij dicūt: q iō sic dixit qr gloria humanitatis xp̄i in q̄ nra felicitas accidētalis: sicut essentiale est in visiōe diuinitatis ita fuit delectatus q voluit ibi ppetuo esse. (si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū) in quo. s. volebat ꝛ ipse manere. (Moysi vnū: ꝛ Helie vnū) cū quib⁹ volebat morari socios. Sz vt testatur Lu. loquebat nescies q̄d diceret. Sz fm Chr. nō ē reprēhensus a xp̄o sic filij zebedei q̄b⁹ dixit Nescitis q̄d petatis: qr nō improbe locut⁹ erat sz ip̄rudēter. Sicut em̄ ex magnitudine ire vel timoris hō p̄cipit in verba nō p̄meditata: sic ꝛ petr⁹ ex nimia suauitate quā experiebat p̄cipit in ꝛba nō rationabilia. Nō est em̄ substantia nostre felicitatis i terra vel xp̄i hūanitate: sz in visiōe deitatis. Remig. Errauit qr voluit vt regnū electorū cōstitueret i terra q̄b⁹ dñs promiserat dare in celis. Errauit ēt qr oblit⁹ ē se ꝛ socios suos eē mortales: ꝛ absq̄ gustu mortis volnit subire eternā felicitatē. Et i eo q celesti cōuersationi tabernacula faciēda putauit in qua dom⁹ necessaria nō erat cum scriptū sit. Teplū nō vidi in ea. hec ille. ¶ In hac parte habemus documētū in sensu literali: q̄b⁹ Remi. agit di. Visa dñi maiestate ꝛ duoꝝ seruorū Petrus adeo delectat⁹ est: vt cūcta tēporalia obliuioni traderet ꝛ ibi in ppetuū vellet manere. Si aūt tūc Petrus sic accēsus est: quāta est suauitas ꝛ dulcedo videre regē in decore suo. i. interesse choris angelor⁹ ꝛ olim sctōrum. Hec ille. ¶ Quātū ad scōm tangit discipulorū cōturbatio. Ad cui⁹ intellectū sciēdū est ex doctrina. s. Tho. iij. parte vbi. x. q cōueniēter in trāsfiguratione sicut ꝛ in baptismo pater testificatus est naturalē filiationē xp̄i dicens. hic est fili⁹ ꝛc. Et ratio est qr adoptio filiorū dei cōsistit in cōformitate ad naturalē filiū cui cōformamur imperfecte per gram in baptismo: ꝛ perfecte p gliam q̄ i trāsfiguratiōe mōstrata ē: iō tā hic q̄ ibi debuit manifestari naturalis xp̄i filiatio. In baptismo aūt vt ōr apparuit spiritus sctūs in colūba: qr ibi dat innocētia: sz in trāsfiguratione apparuit nube lucida. qr cū gria dabit claritas ꝛ refrigeriū ab estu ꝓcupiscētie. Dicit ergo. (Adhuc eo loquēte). s. Petro. (Ecce nubes lucida. i. spūsctūs: fm Orig. obūbrauit eos). i. occupauit (ꝛ vox) pīna: sz Hie. sz tñ angelico ministerio formata (de nube,) vt ista vox credat eē a deo: sz Chrys. qr semper solet apparere de⁹ i nube: iuxta illō. Nubes ꝛ caligo in circuitu eius (Dicēs: hic est filius meus) naturalis (dilect⁹) in q̄ tū deus qr summa bonitas: ꝛ inquātū hō: nō qr summa bonitas: sz qr summe bonus. s. inter holes ꝛ angelos ꝛ creaturas (in quo mihi cōplacui). i. in quo placitū seu propositū meū cōplebitur de redemptione gnis hūani (ipsum audite). ¶ Cōtra videt q hoc debuerit dici in baptismo. qr tūc incepit p̄dicare. Ad hoc dicit. s. Tho. vbi supra q xp̄s venerat gratiā q̄ in baptismo cōfertur dare actu: nō autē promittere verbo: ecōtrario gliam q̄ in trāsfiguratione mōstrabat: venerat nō dare sz promittere verbo: iō cōgrue dictū est ipm audite. s. promittentē celestia. (Et audiētes discipli ceciderūt i facies suas): qō fm Remig. fuit iudicium scitatis: qr scti i facie cadere dicūt: ipō ho retrorsū (ꝛ timerent valde.) Fuit aūt pueriles q timerent fm. s. Tho. vbi. s. ad ostēdēdū q illa gloria excedit humanū sensum. Sz qre timuerūt? Ad h sic dicit Hiero. triplicē ob cāz pauore terrent: vel qr se errasse cognouerāt: vel qr nubes incida operat eos: aut qr dei patris vocē loquentis audiuerāt. Hūana em̄ fragilitas cōspectū maioris glie ferre nō sustinet ac toto aio ꝛ corpe cōtremiscēs ad terrā cadit. Hec ille. Euāgelista tñ vt hoc patne voci attribuere: h q̄ dicit ꝛ audiētes ceciderūt. Sz qre in baptismo audita tali voce nullus timuit sicut modo Chrys. Qr ꝛ solitudo ꝛ altitudo ꝛ silētium erat multuz: ꝛ trāsfiguratio stupore plena: ꝛ lumē purū: ꝛ nubes extēsa: ex q̄b⁹ oibus

stupor in eis cōgregabat. Hec ille. Sz si erāt grauati somno vt dicit Lucas: q̄mō ita timebant? Ad hoc dicunt aliq̄ q̄ ille somnus veniebat a magnitudine visionis: quasi velint dicere q̄ si somnus imporpie p alienatione sumptus. Sz forte melius ōr: q̄ qñ xp̄s fuit in monte nō subito est trāsfiguratꝰ: sz posuit se i oratione: z interim illi obdormierūt: et ipse trāsfiguratꝰ est. z deinde illi euigilarūt & viderūt visionē. Istū autē sensum clare innuit. Luce. ix. ¶ In hac parte est documentū literale: vt q̄libet diligenter audiat verba xp̄i: z eis assentiat: q̄ hoc nobis ꝓsulit ille q̄ nec fallit nec fallere p̄t. Ambro. Crede q̄ vtilitas est: acquiesce q̄ medicus est. Hec ille. ¶ Quantū ad tertiū tangit eoꝝ cōfortatio cum dicit (z accessit Jesus z tetigit eos) familiariter ad p̄solādū z ꝓfortandū (dixit q̄ eis) cōfortando verbo sicut ptius secerat manu (surgite nolite timere. Leuantes aūt capita sua neminē viderūt nisi solū iesum) z hoc rationabiliter ꝑm Hiero. q̄ si adhuc alīq̄ duo affuissent: testimoniū p̄ris videret incertū an esset de xp̄o intelligēdū vel de alio (z descēdētibꝰ illis de mōte p̄cepit eis iesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec filius hois). i. ipse xp̄s sic se vocans eo q̄ vniꝰ tm̄ hois. i. virginis sit filius: vel melius causa humilitatis (a mortuis resurgat.) Et hoc ꝑm Hiero. ne res p̄ magnitudine videret incredibilis: z cū dñs pateret maius scādalū fieret. Vel ꝑm Remig. ne ppli impedirēt eius passionē. ¶ Est aūt sciendū q̄ hoc euangeliū legit in die dicata beate ꝓgenitr: q̄ in sensu allegorico vel ꝑm quandā similitudinē tota secūda pars competit ei. ¶ Pro quo sciēdū q̄ vt ꝓz ex lib. metheoroꝝ: nubes ex terra z aq̄ generant in ꝓtū ꝓnte solis a terra humectata vapores elenant: q̄ rursus in pluuias vel alia tale resoluuntur. Nā significāt viros sctōs: q̄ de terra fiūt: z sup terraz p affectū z cōtemplationē eleuantur: z deinde spargūt pluuiā doctrine ac miraculoꝝ. Quedā igit nubes fūt albe significātes virgines. z q̄dā rubee solis radijs illuminate z ifiāmate: significātes martyres q̄ sanguinē ex charitatis ardore fuderūt: q̄dā vero tenebrose maximā pluuiā afferētes: z apostolos ac reliquos p̄dicatores significātes: q̄dā ꝓ sunt lucide significātes aut deū aut hoies ptecipātes deitatē. Hec aūt vt repperi fuerūt tres. scz illa q̄ castra delp̄cedebat i deserto: q̄ die tenebrosa z in nocte lucida videbat: significās deitatē q̄ in die. i. eo mō q̄ maxime est visibilis: i. quātū in se est hoibus tenebrosa est: sed in nocte. i. in creaturis visa nobis est clara. Scōa vero fuit illa de q̄ ꝓz sctōs ōr. Señ. j. z facta ē lux. i. nubes lucida: z significat humanitatē xp̄i, q̄ ꝑm sanctū Tho. illa post fuit assumpta ad formā solis: sicut illa humanitas fuit assumpta ad ptecipandū esse dei in psona xp̄i. Tertia ꝓ est de q̄ habeb: z significat beatā virginē: q̄ in participatione deitatis fuit sup oēs creaturas elenata: nō solū p gratiā: sed p verā maternitatē habēdo in vtero verū deū. Hec nubes obūbrauit a ꝓbos splēdoribꝰ suauz virtutū z sanctitatis: z de ea venit talis vox. Hic est filiꝰ meus. s. rōne hūane nature. Fuit ēm vera mr̄ xp̄i: vt alias dictū est: dilectus. Nā xp̄m dilexit dulciter: sic q̄ sicut aurū liq̄scit ad ardorē ignis: ita z alia eiꝰ liq̄facta ē ad diuini amoris ardorē. Et tā dulcis fuit ille amor q̄ extasim fecit in filio qui in cruce sua vulnera oblitus de matre cogitabat: et in matre q̄ stabat in medio carnificū inter arma z cruorē mulier nec eos erpauebat. Dilexit etiā eū fortiter sic q̄ ei facilꝰ fuit mori q̄z nō amare. Nā tēpore passionis q̄dā fuerūt fortes in amore: sz debiles in associatione ad mortē: z similiter in fide vt apostoli fere oēs. Quidā quo ad duo prima sz nō quo ad fidem. vt sancte mulieres. Beata aūt virgo fuit fortis in omnibus. Dilexit etiā euz sapienter: q̄ patet. Primo q̄ non pepercit teneritudini eius q̄n eū duceret ad ea q̄ dei sunt: idē ad tēplum in diebus festis. Scōo q̄ ēm nunq̄z voluit deliberare: z serio suadere: q̄n ascēderet p omnibꝰ patibulū crucis. Tertio q̄ eidem nunq̄z suasit vt de cruce descēderet: q̄uis ibi sciret eū grauissime pati. in quo mihi z̄c. quia in tota sua vita nihil sibi placuit nisi christus vel ꝓpter xp̄m Jp̄m audite. Hec est vox

virginis ad apostolos: quibꝰ suadebat ꝓ veritatē: vt patet in epistola quā scripsit. Ignatio Discipuli aūt corruerūt in terrā ꝓ reuerentia tante sanctitatis: z nihil viderūt in virgine nisi solū Jesum q̄z tantū fuit in eū transformata per amorē: q̄ quecunq̄z eius verba: z facta: z vestimenta amorem christi redolebāt. ¶ In hac parte est documenūz in sensu morali. Jsti ēm discipuli significāt eos q̄ visa p fidē magnitudine glorie. z audita voce ꝓceptoꝝ dei: z cōsiderata censura z austeritate sociorū xp̄i. i. sctorū: cadūt p pusillanimitatē z desperationē: sz xp̄s eos confortat tactu spiritussancti et verbo suo dicēs. Jugus meū suaue est: z onus meum leue z̄c. Matth. xj.

Dominica secunda in. xl.

Textus euange. Matth. xv.

EGressus Jesus secessit in partes tiri z sidonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicens. Miserere mei domine fili dauid: filia mea malea demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam q̄z clamat post nos. Jp̄e autem respondēs: ait: Nō sum missus: nisi ad oues que perierūt domꝰ Israel. At illa venit z adorauit euz dicens. Dñe adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonuz sumere panē filiorū z mittere canibus. At illa dixit: Etiam dñe. Nā z catelli edūt de micis que cadunt de mēsa dñoꝝ suorum. Tūc rīdens iesus ait illi. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

EGressus Jesus secessit in partes tiri z sidonis z̄c. Matth. xv. Jn ꝑsenti euāgelio tanguntr tria pūcta: q̄ sunt. Supplicatio: Cōtūnuatio: Impetratio. ¶ Quantū ad primū ponit supplicatio

fctā xp̄o a muliere chananea: cuz dicit. (Egressus iesus) de terris iudaici populi. Nā sicut ex textu euāgelistarū patet: xp̄s fuerat re p̄hēsus a phariseis q̄ discipuli sui aliq̄n māducabāt nō lotis manibus: q̄ꝰ ipe rīdit q̄ hoc nō erat pcīm nec reddebat hoiez coinq̄natū coraī deo q̄uis nō neganerit esse quādā iciuilitatē. quā tñ in xp̄o notare nō potuerūt. Jlli aūt scādalizati fuerūt: z xp̄s eos acriter reprehēdit dicēs q̄ erāt hypocrite facietes grauē casum de minimis: nō aūt de magnis. Et tādē vt ex deuotiōe gētiliū oñderet quāta esset iniquitas iudeorū: egressus est ab eis z (secessit i partes tiri z sidonis) q̄ ꝑm Re. erāt ciuitates gētiliū: q̄ tir̄ fuit metropolis chananeoꝝ z sidon erat terminꝰ vt idē ōt. De his ciuitatibus vide dñica. xij. post festuz trinit. ¶ Sz cōtra arguit Chry. q̄ hoc videtur esse ꝓtra illud ꝓceptū Matt. x. in viā gentiuz ne abieritis. vbi ꝓhibuit aplis ne gētibꝰ p̄dicarēt. Et soluit idē Chrysostomꝰ. Primo. s. q̄ ipse nō erat subiectꝰ illi ꝓcepto. Et ex hac solutiōe pria Chry. habeī pōt q̄ xp̄s nō fecit q̄cūq̄ ꝓceptū. Qō aūt ōr Actuū. j. cepit facere et docere intelligit q̄ cepit facere oia q̄ docebat si erāt ꝓgruētia psone z statui suo. Scōo soluit q̄ nō iuit ad p̄dicādū. Vñ z Mar. vij. dicit q̄ ingressus domū neminē voluit scire: nō volūtate bñplaciti q̄ semp implet. sed signi q̄ inhibuit discipulis ne eū manifestarēt. Et tñ vt idē dicit nō potuit latere. s. potestate ꝓgruētie. secus potestate absoluta. Ad quid vero iuerit docet Remigius dicens q̄ iuit ad sanādum tirios et sidoneos: vel filiam huiꝰ mulieris. vt per eius fidem condēnaret phariseorum z scribarum nequitiā. De hoc tñ plura habeī, dñica vbi supra ita q̄ aliter solui pōt. (z ecce mulier chananea) Chananei terrā ꝑmissionis incoluerūt ab iudeos: sed ab eis partim fuerūt occisi ptim fugati: partim in seruitutem redacti: z partim in terra ꝑmissionis relicti in aliqbꝰ locis q̄ euertere aut non potuerūt aut neglexerūt. Samaritani aūt eādē terrā incoluerūt post iudeos. i. post captiuitatē decē tribuū missi a nabuchodonosoꝝ rege babylonis.

hec aũt mulier fuit chananea ⁊ nõ samarites. Et ſm dtñ̃ War. fuit syrophenissa genere. i. de syria phenicis. Est em̃ syria nomen gñale puincie phenix autẽ nomẽ cuiusdã spãlis cõtrate. ideo dr syrophenissa de tali cõtrata vel parte syrie oriũda. Quidã tñ vt recitat magr histo. legunt syrophenissa: vt in hoc exprimat pria ⁊ regio. qz sic erat ꝺ phenissa regiõe q̃ ẽt erat de Tyro ciuitate sicut ⁊ dict̃. (A finibus illis egressa.) Christũ em̃ seq̃bat in via vt impetraret sanitatẽ filie. Marc⁹ tñ dicit q̃ ad christũ accessit existẽtẽ in domo: qđ verũ est prio ſm Aug. qz tñ eam ibi nõ exaudiuit: seq̃bat eũ in via. Chrys. Chananei q̃ expulsi fuerãt vt non puerterent iudeos hi iudeis apparuerũt prudẽtiores: vt exirẽt a terminis suis ⁊ accederẽt ad xp̃m. Cũ aũt hec mulier accessisset nihil aliꝺ q̃ misericordiã postulauit. b ille. Uñ sequit (clamauit) tanq̃ vehemẽter anxiata (dicẽs) ei (miserere mei dñe filij Dauid) ⁊ in hoc ſm gl. ondit magnitudo fidei eius. qz xp̃m confessa est deũ di. Miserere mei dñe. Nõ em̃ dicimus miserere mei ad sanctos. ſz ora q̃ me dtẽ Paule: aut Petre ad deũ autẽ miserere mei ſm san. Tho. Uñ ẽt vt dicit iij. di. xv. q. iij. ar. vj. q. ij. ad primũ. nõ dicimus. xp̃e ora q̃ nobis: ſz inquantũ hõorem. sed xp̃e miserere nostri: qz xp̃s supponit suppositũ eternũ cuius nõ est orare: ⁊ etiã ad euitãdum errorẽ Arrij: vt dicit ibi. ⁊ iterũ in dist. xlv. qõ. iij. ar. ij. ad tertiũ. Quãnis etiã dici possit q̃ eo tpe tali modo loquendi etiã ad hoies puros miseri vtebant. Et hoiem cũ subdit: filij Dauid. i. xp̃i. Nã vt elicit. Matth. xij. Jude i xp̃m quẽ ex Dauid semine expectabãt: appellabãt antonomasice filiũ Dauid. Et vt magis eũ ad misericordiã flectat: subdit (filia mea male a demonio vexat.) ¶ In hac parte ẽ morale documẽtũ qõ Orig. tangit dicẽs. Uide prudentiã femine. Nõ iuit ad homines seductores: nõ q̃siuit inanes ligaturas. ſz oẽs relinquẽs diaboli cultꝰ: venit ad domum Hec ille. Est ⁊ aliꝺ qz ista mulier petẽs misericordiã: nõ dixit miserere mei deus ſz filij Dauid. Lz em̃ deꝰ semp fuerit misericors tñ ẽ̃ctum ad effectũ er si nõ in se fuit magis postq̃ fuit filiꝰ Dauid sumpta hũanitate: qz oleo spũssancti fuit sic inunctꝰ vt effectꝰ sit mollis. ⁊ mãsuetus. Esa. lxj. Spũs dñi sup me: eo q̃ vnxerit me. Illa vinctio mollificauit quatuor oll durissima ⁊ istribilia ſcz celũ q̃ nullũ hominẽ volebat suscipe ⁊ angellũ q̃ nullã alam volebat i celũ portare ⁊ deũ q̃ hũanũ genꝰ ſibi nolebat reconciliare: ⁊ mortẽ q̃ bonos ⁊ malos ad inferos deducebat. Et q̃ hoibꝰ erat odiosa nũc est sctis amicabilis p mãsuetudine ⁊ nulli eorũ ẽnãt. Itaq̃ ꝓcidamꝰ valde in xp̃o scõm illõ Heb. iij. Ideam⁹ cũ fiducia ad thronũ gratie ei⁹. i. gratiosum. ¶ Quantũ ad scõm tangit pseuerãtia mulieris in petẽdo xp̃o eã nõ exaudiẽte statim. Uñ subdit. (Qui nõ rñdit ei ẽbũ) nõ ex superbia vel indignatiõe: ſz vt nobis ondaret patiẽtiã ⁊ pseuerãtiã mulieris ſm glo. Hiero. aũt ait. Nõ aũt de superbia pharisaica nec scribaꝝ supcilio. s. nec ꝓficiebant ſz ne ipse suie sue ẽ̃ui⁹ videret: p quã iusserat i viã gẽtiũ ne abieritis. Nolebat em̃ calũniatoribus occasionẽ dare pfectãꝝ salutẽ gentiũ passionis ⁊ resurrectionis tpi reseruabat. Hec ille. Et tertio nõ rñdit ei ẽbũ: vt desyderiũ mulieris accẽderet. Et q̃rto qz volebat discipulos p ea exorare ad significãdũ q̃ pctõr aliq̃n indiget sctõꝝ oronibꝰ ad veniã ꝓmerẽdã. Et q̃nto vt eius oronis instãtiã ꝓmẽdaret. et nos ad idẽ eius ꝓuocaret exẽplo. (Et accedẽtes discipli) ẽie. Uel qz ignorabãt mysteria dñi: vel qz fuerãt miseri cordia moti vel qz voluerũt eius importunitate carere rogabãt eũ dicẽtes (dimitte eã) ſm Chrys. voluerũt dicere vt exaudiret eã: sed p contrariũ sunt locuti. Uel possumus dicere q̃ locuti sunt ꝓprie. vt eã dimitteret. s. ꝓsolatã ac si diceret. Expedias eã dãdo qđ petit (qz clamat post nos). q. d. Nõ recedet nisi exaudiat. (Ipe autez rñdẽs ait.) In domo nihil diterat ꝓpter calũniatores iudeos: ne ei ipropetassent q̃ gentiles curabat vel docebat. (Nõ sum missus). s. ad curandũ ⁊ predicandũ pſonaliter ſm Remi. Uel nõ sum missus ꝓmo ⁊ principaliter ſm Hiero. ſz sec⁹ exrõnabili ⁊ pticulari causa (nisi ad oues q̃ pierãt domus isrl̃) Judei oliz fuerunt oues de qđus Esa. xxxiij. Oẽs nos q̃siones errauim⁹: ſz mõ sunt effecti canes: de qđus psal. Circũdederũt me canes multi. Aliq̃n tñ xp̃s gẽtiꝰ ꝓdicauit: n samaritanis. Joã. iij. ad significandũ q̃ etiã in gẽtibus ecclia fundaret: ſz ad eas xp̃s non accessit pſonaliter: nisi per transitum vel ex alia speciali causa. Ad eas aũt accessit p apl̃os suos post passionẽ ⁊ resurrectionẽ suã. (At illa venit) q̃n s. videbat ãgustiata recedere ſm Chrys. (⁊ adorauit eũ dicẽs.) Dñe adiuua me Chrys. Ista chananitidis pseuerãter: primo filiuꝫ Dauid: deinde dñm vocat: et ad extremũ deũ adorauit. Hec ille. Sed quãto plus illa petebat tãto plꝰ xp̃s negabat vt accẽderet eius desyderiũ ⁊ pseuerantẽ patiẽtiã manifestaret. Uñ sequitur. (Qui rñdẽs ait. Nõ est bonũ) regulariter: ⁊ vniuersaliter (sumere panẽ). i. doctrinã ⁊ miracula (filioꝝ). i. debitũ filius seu iudeis ſm gl. generatis et educatis sub cultu vnius dei cuiꝰ filij dicebanꝫ (⁊ mittere canib⁹). i. gẽtilibus cuiusmodi erat ista: q̃ ſm Hilariũ canes dicti sunt: qz esui sanguinis ẽditi erãt velut canes Chrys. Uide etiã mulieris prudẽtiã qualiter neq̃ ẽdicere ausa est: neq̃ tristata est in aliorꝝ laudib⁹: neq̃ molestata ẽ in ꝓprio quitio. Hec ille. Uñ sequit. (At illa dixit. Utiq̃ dñe). i. bonũ est aliq̃n. s. in casu dare panẽ filiorꝝ canib⁹ ꝓpter petẽtis deuotionẽ: vel in signũ fundationis ecclesie in gẽtib⁹ future. Et in hoc se canẽ vult appellari: nõ contradicens xp̃o. (Nã ⁊ catelli edũt de micis q̃ cadunt de mẽsa dnoꝝ suoꝝ.) Uñ se minus q̃ canẽ i. catellũ seu puũ canẽ dicit. ſm Chrys. iudeos aũt plꝰ q̃ filios. i. dnos. Ac si dicat scõm eundẽ. Si canis sum nõ sum aliena. Canẽ me dicis: ergo nutri me vt canẽ: nõ possuꝫ relinq̃re mẽsam dñi mei. Hec ille. Uñ ſm Hiero. si q̃s ꝓsyderet verba ⁊ gesta huius mulieris videbit fuisse magne fidei in credẽdo ⁊ patiẽtie intolerãdo repulsam ⁊ humilitatis vbi micis seu reliquijs se contentam dicit. Est autem mica parua seu minima reliquia vel fragmen panis. Sed quare ita rigidus stetit fons pietatis christꝰ hucusq̃? Ad hoc dicitur primo ſz Chrys. q̃ hoc fecit ad nostram vtilitatem: quia sciebat mulierem ita esse dicturam vt dixit: ⁊ secundo iuxta Hiero. ne daret iudeis causam calumniãdi: vt dictuꝫ est. ¶ In hac parte est documentũ morale: vt si quid vis obtinere a dño: nõ statim desistas in prima vice si. nõ exaudiaris. Uñ Grego. xxvj. moral. Nemo qz tardius audit: credat q̃ a superna cura negligatur. Sepe em̃ nra desyderia qz celeriter fiunt: non exaudiunt q̃ impleri cõcite petimus ex ipa melius tarditate prosperat. Hec ille. ¶ Quãtum ad tertium tangit impetratio quã fides: humilitas: patientia ⁊ pseuerantia meruit. Uñ dicitur. (Tũc) visa omni eius virtute (respondens Jesus) fons pietatis ⁊ clemẽtie: q̃ omnes cupiebat a se discedere consolatos. (Ait illi. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis) ac si dicat ſm Chrys osto. Fides tua maiora his audire potest: veruz interim fiat tibi sicut vis. Hec ille. (Et sanata est filia eius ex illa hora) qz christꝰ tanq̃ deꝰ vbiq̃ est ⁊ vbiq̃ operat. ¶ In hac parte est morale documentũ q̃ mulier id est persona cuius filia. i. anima vexatur a diabolo per peccatum mortale: nõ debet cõsidere tantũ in auxilio apostoloruꝫ id est seruorum dei: sed ipsamet debet adire christum ⁊ misericordiã petere Chrys. Intẽdant qualiter apostolis non impetrãtibus impetrat illa. tã magnũ quid est instantia orationis. Et em̃ pro nostris noxis a nobis vult magis rogari q̃ ab alijs pro nobis. ¶ Allegorice aũt ista mulier significat eccl'iam sctãm vel humanã dignitatez: que ex ipsa sua humilitate supplicat xp̃o ne per idolola triã ⁊ varia peccata vexet a diabolo suis filia. i. gentilitatis: quã tandem xp̃s curauit quãtũ ad sufficiẽtiã p suã passionez. ¶ Anagogice ẽo significat ecclesiã trifariã tẽ que supplicat pro filia. i. pro militãte vt eã deus educat de hoc seculo in quo tam multipliciter p culpas ⁊ penas a diabolo vexat. ¶ Moraliter vero signi ficat quãlibet pſonã supplicãtez p alia: vel etiã ipsam ecclesiam cuius singule alie sunt filie generate per baptismũ. que lamẽtabiliter ploraꝫ pctã ⁊ transgressiones alarũ. Alia aũt peccatrix aliq̃n vexat

malet dū in ꝓsperis est intēperans: ⁊ in aduersis impatiēs. Aliqñ autē peius in pctis. ſ. superbie: auaritie: et luxurie: qz sicut colligitur ex dictis Salomonis tria sunt que nō sinunt hoiem ꝺescere in domo sua. ſ. fumꝰ id est superbia: ⁊ stillicidiū. i. auaritia q̄ stillat ammetares varias in coꝛ: ⁊ mala vꝛoꝛ. i. ꝓcupiscentia carnalis. Aliqñ pessime qñ. ſ. tā cōsueuit peccare. qz ſm Augu. consuetudo est fortissima catena: necessitas ad malum.

Feria secunda.

Textus euan. Jo. viij. c.

EGo vado ⁊ queretis me: ⁊ in pctō vestro moriemini. quo ego vado vos nō potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum. Qz dicit quo ego vado vos nō potestis venire. Et dicebat eis. Vos de deoꝛsuz estis: ego de supernis suz. Vos de mūdo hoc estis: ego nō suz de hoc mūdo. Dixi ergo vobis qz moriemini in pctis vestris Si em̄ nō crediderit qz ego sum moriemini in pctō vestro. Dicebāt ergo ei: Tu qs es: Dixit eis iesus principiū: q̄ ⁊ loquoꝛ vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare Et qui misit me verax est. Et ego q̄ audiui ab eo hec loquoꝛ in mundo. Et nō cognouerūt: qz patrē eis dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filiū hoīs: tūc cognoscetis qz ego sum: ⁊ a meipso facio nihil: sed sicut docuit me: pr̄ hec loquoꝛ. Et q̄ me misit mecū est: ⁊ non reliquit me solū: qz ego que placita sunt ei: facio semper.

quid petatis. Ad hoc dicit Chry. Donec xpi fnia incerta erat non tristabant alij discipuli: sed tūc tristati sunt qñ illos increpauit. Hec ille. Itē dit aūt Chryso. q nō sunt ante indignati. i. nō añ ostenderunt indignationē suā ꝓpter reuerētiā xpi. Uñ dicit idē in homil'. Qñ autē eos a dño ꝓhonoratos viderūt in trāsfiguratione: r si fm mentē dolebant in mediū afferre nō audebāt venerātes doctorē. Hec ille. (Jesus aūt) aduertēs eoꝝ indignationē r volēs eos blande consolari (vocauit eos ad se) tāq magister dulcis ac pius q nullū triste videre voluisset. Chryso. Qr em turbati erāt: vocatione eos cōsolatur de ppinquo eis loquēdo Et em duo a societate. r. seipsos separātes: ppius stabāt seorsum domino loquētes. Hec ille. (Et ait) ¶ Ad euidētiā aūt seqntiū sciēdū est q gētiles erāt horum iudeis. iuxta illō. Sit tibi sicut ethnicus r publican⁹: ideo xps induxit exēplū de gētilibus ad maiorē horrorē: vt ostēdat q hoc exēplū nō est imitādum. Sciendū est etiā fm san. Tho. q dominari dupliciter sumit. Uno modo vt est idē q preesse ad bonū subditorū. Et sic dominiū verum est: ad hoc fiunt principes. Alio modo vt correlatiue dicit ad seruū esse: vt dicat dño q seruiliter subdit sibi aliquē ad bonū suuz ꝓpriū. Hoc autē est degenerare a vero principatu in tyrānidē. fm ergo btōrū Tho. r Chrys. mentē: q sequūt sic exponēda sunt (Scitis qr principes) q. d. ex officio ꝑsunt (gentiū). i. gētiliū (dominant eoꝝ) non vero dñio ad bonū eoꝝ. sed tyrannizando ad bonū suū: r Hoc r si nō semp tñ freqnter (r q maiores sunt). i. nobiles r potētes. qui sunt maiores non dignitate principatus vel officij sz potētia diuitiarū r amicoꝝ (potestatē exercent in eos) nō adiuuādo sed opprimēdo plerūq. Si tñ exercērēt ptātē in beneficiū minorū: diceretur benefici (nō ita erit inter vos) in ecclesia mea: vt maiores nō debēt esse qñ dñaturi (sed quicūq voluerit inter vos maior fieri). i. habere ꝑfectū spū sancti quo sit tanq potēs r si nō primus (sit vester minister) exhibēdo alijs q accepit a deo: r sua ptāte vtendo in bonū r nō in malū aliorū (r qcūq voluerit inter vos) i. i ecclia (primꝰ esse). i. habere ꝓmatū vel ꝓlaturā: eo mō quo in gētib⁹ sunt principes (erit vester seruꝰ) Qō dupl'r pōt intelligi. Prio sic. Erit vester seruꝰ. i. p seruitutē r humilitatē alijs exhibitā dispone ꝯ vt alijs sit ꝑ merito: r ꝓlatione: nō aūt armorū aut diuitiarū potētia vel sanguinis nobilitate: vt in mūdano principatu. Chry. primat⁹ grate fugiēte se desyderat: desyderantē se horret. Conuersatio ergo melior desyderāda est: nō melior gradus. Hec ille. ¶ Secūdo melius sic. Erit vester seruꝰ. i. sciat q habere primatū in ecclia nō est habere dñiū sz seruitutē. Serui em est: q se totū ad seruitiū dñi impendat. Sic etiā prelati ecclesie totū r qō habent r qō possunt r quod sunt subditis debēt. Chryso. Volens ergo dominꝰ r duorū filiorum zebedei r aliorum indignationē extinguere: introducit differentiā inter principes mūdiales et ecclesiasticos: ostēdens quia ꝓmatus in xpo nec ab aliquo appetēdus est non habēte: nec alteri inuidēdus est habenti: qr principes mundi ideo sunt vt dominent minorib⁹ suis: r eos seruituti subijciant r expolient r vsq ad mortem eis vtant ad suā vtilitatē r gliam. Principes aūt ecclesie fiunt vt seruiat minoribus suis: r ministrēt eis qcunq acceperūt a xpo: vt suas vtilitates negligāt r illoꝝ ꝓcurēt: r moti non recusent pro salute inferioꝝ. Primatū ergo ecclie cōcupiscere neq; iustū est neq; vtile. Quis em sapiēs vult vltro se subijcere seruituti r periculo tali: vel det rōnem ꝓ omni ecclesia nisi forte q nō timet dei iudicium: abutēs ꝓmatu suo ecclīastico seculariter: ita vt quertat illud in seculare. Hec ille. Cōsequēter dñs ꝓponit se in exēplū humilitatis dicēs (Sicut filius hois nō venit ministrari). i. vt sibi ministret. Et si aliqñ ei ministratū est ab angelis vel hoibus nō tñ ꝓpter hoc venit fm Orig. r. s. Tho. (sed) venit (ministrare) verbū dei r gratiā eius r gliam (r dare). i. exponere (animā suā). i. vitaz corpalē (redemptionē ꝓ multis) efficaciter r ꝓ oīb⁹ sufficiēter. Lz em xpi passio sufficiēs pretiū fuerit ad redimēdū oēs hoies q fuerūt: sunt: r erūt: r esse possunt: tñ nō hz effectū: nisi in his q ꝓiungunt xpo. Chry. in homil'. Quā tūcūq ergo tu humiliatus fueris nō poteris tñ descēdere quātum dñs tuus. Hec ille. ¶ In hac parte Origē. tāgit documentū vnū moraliter dicēs. Ecclesiarū ergo ꝓncipes imitari debēt xpm accessibilē: r mulieribus loquentē r pueris manꝰ ponentē: r discipulis pedes lauantē: vt r ipsi similiter faciāt fratribus. Nos aūt tales sumꝰ vt etiam ꝓncipū excedere superbiā videamur vel nō intelligētes: vel ꝓmittētes mādata xpi: qrimus sicut reges acies ꝓcedētes: r terribiles nos: ac accessu difficiles: maxime pauperibus exhibemus nullā affabilitatē habētes vel habere ad nos ꝓmittentes. hec ille. ¶ Est etiā sciēdū moraliter q deus in hac vita hz tres calices vt colligit ex scripturis. Primꝰ est plenus balsamo. i. innocētia r gratia: in quo bibit xps r omnes sci. Et vt colligit Jo. xiij. in illis ꝑbis q biberit r c. signū q aliqs biberit de isto calice: est primo mundane fuis extinctio. Et scōo est mēte in celestibus habitatio. r tertio est mētis exultatio. Sicut em supra nubes semp est serenū: ita r semp est gaudiū i mēte leuata. Secūdus aūt est plenꝰ absinthio penitētie: in q bibit magdalena r oēs penitentes q pdiderūt gratiā potatā in primo r eā inuenerūt p potū scōi. Tertiꝰ est plenus sanguine: r est calix dñice passiōis: de quo hic dicit: in quo bibit xps et oēs martyres. Hic sanguis dealbat sicut alij macul̄ st: qr hz naturā lactis. Sicut em lac est sanguis bis coctus. s. in venis r in māmillis cuius decoctionis virtute vsus est in albedinem sic sanguis xpi est albus vt lac: qr fuit bis coctus: igne amoris r igne dure passionis ac doloroſe imaginationis. Nā xps mox vt fuit conceptus: inquātum hō suam passionē totā vidit: Uñ semp eā in memoria sic retinuit: q nec vnā diē vel noctē sine dolore trāsiuit. Psalm. Defecit in dolore vita mea: r anni mei in gemitibus. Hz etiam post hāc vitā tres alios. Primus est plenus mero. i. celū in q est gla sanctoꝝ: is quo bibūt sct in patria: nos ꝓ aliquas guttulas ꝓgustamꝰ. Scōs ē plenus vino mixto vt purgatorium in quo bibūt aliq̄ alē: r ibi imisceī gre pene r spes timoris delationis glorie: r ꝑfolatio cum dolore. Tertiꝰ est plenꝰ fece. i. ifernus i q bibūt aliq cū mortali decedētes in quo sunt vt erunt fm aliquos feces om niū elemētorū r mixtoꝝ purgato mūdo i die iudicij.

☞ Feria. v. post dñicam. ij. xl.

☞ Textus euang. Luce. xvj. c.

Homo quidaz erat diues et induebatur purpura r byssō: r epulabatur quotidie r c.

Homo quidaz erat diues r c. Luce. xvj. Uide dñica prima post festum trinitatis.

☞ Feria. vj. post dñicam. ij. xl.

☞ Textus euang. Mat. xxj. c.

Homo erat ꝑfamilias qui plantauit vineaz: r sepē circūdedit eī: r fodit in ea torcular: r edificauit turrī: et locauit eā agricolis: et pegre ꝑfectus est. Cum autē tps fructū appropinquasset misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructꝰ eius. Et agricole apprehēsis seruis eiꝰ: aliū ceciderūt: aliū occiderūt: aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures priorib⁹ r fecerunt illis sīr. Nouissime autem misit ad eos filiū suū dicēs. Uerebunt filiū meū. Agricole autē videntes filium dixerūt intra se: Hic est heres: venite occidam⁹ eum: r habebim⁹ hereditatē eius. Et apprehēsum eū eiecerūt extra vineā: r occiderūt. Cū ergo venerit dñs vinee quid faciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos male pdet: r vineā suā locabit alijs agricolis qui reddāt ei fructū tēporibus suis. Dicit illis ihesus. Nūq̄ legistis i scripturis: lapidē quē reprobauerūt edificantes hic factꝰ est in caput anguli. a domino factum est

tſtud ⁊ eſt mirabile ī oculis noſtris. Jō dico vobis q̄ auferet a vobis regnū dei: ⁊ dabit gēti faciēti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapide iſtū cōfringet. ſup quem vero ceciderit cōteret eū. Et cū audiſſent principes ſacerdotū ⁊ phariſei: parabolas eiꝰ: cognouerunt q̄ de ipſis diceret. Et querētes eū tenere timuerunt turbas quoniā ſicut prophetam eum habebant.

HOmo erat paterfamilias qui plātauit vineā ꝛc. Matt. xxj. in pñti euā. tāgunt tria puncta q̄ ſūt: Locatio: Exactio: ⁊ Exterminatio. ¶ Quātū ad primū tāgit locatio vince quā paterfamilias locauit malis agricolis. Et quia euāgelium eſt parabolicum opz ſenſuz literalem ſumere iuxta tria aſſumptiua ſignificata dictionū. Xp̄s ergo volēs declarare q̄ principes ⁊ maiores iudeorū erāt occiſuri xp̄m: nō ex ignorātia quaſi eū non cognoſcerent: ſz ex malitia peccātes. ⁊ q̄ pro tali ac tanto ſcelere merito erāt puniri: dixit parabolice: (hō erat paterfamilias). i. deus ſz Chry. Qui hō dz nolle non natura ſimilitudine nō ſtitate. Et intellige de deo p̄e. Pater ẏo familias dicꝰ eſt: q̄ vt aīt lactātiꝰ: de⁹ homines pro liberis hz: quos p̄duxit nō gñatiōe ſz creatiōe. (Qui plātauit vineā). i. pplz iudaicū ſm Hie. quē plātauit i terra p̄missionis trāſlatū de egypto iuxta illō. Ps. vineā de egypto trāſtuliſti. De hac vinea dr Eſa. v. Vinea dñi ſabbaoth domus iſrl eſt. (⁊ sepē circūdedit eā) ad cuſtodiā vinee. Eſt aūt ſepes huius vince ſm Hier. vel murꝰ vidis vel angelorum p̄ſidium. Et loquit Hiro. de vrbe regia. i. hieruſalē: q̄ ſepta muro pōt dici tota vinea ſepta: q̄ ipſa erat caput ⁊ pars p̄ncipalis. ſm Chry. vero eſt cuſtodia ſanctorū patrū: q̄ p muro ſuerūt illi populo ſz Aug. aūt eſt dei cuſtodia: ſed hec cōſueuit eſſe p angelos ſeu medeātibꝰ angelis: maxime ſz Hugo. card. q̄ dicit q̄ deꝰ habuit imediataz cuſtodiā pplī vſq̄ ad p̄ſtionem vituli: ⁊ abinde eam cōmiſit michaeli. ¶ Nota tñ q̄ aliud eſt cuſtodia: aliud regimē populi. Deus eſt ſm ſanctū Tho. in. j. q. regnauit ſup populū imediate: vſq̄ ad petitionē regis ipe Samuelis: (⁊ fodit in ea torcular). i. altare holocauſtoꝝ ſm ſcīm Tho. ⁊ Hier. ⁊ forte monet hac rōne. Q̄: ſicut p torcular. exprimit ſanguis vuarū. i. vinū ita p altare exprimebat ſanguis oſtiaꝝ nō effectiue ſed finaliter: q̄ p̄pter hoc iugulabāt effuſo ſanguine vt in altari offerri potuiſſent. ſm Hila. ẏo eſt ꝓphetarū doctrina in q̄ magis exprimit. i. declaratur virtus ẏbox. Moyſi in lege ſm Chryſo. aūt eſt ẏbū dei: q̄ homem cruciat ꝓtradicte carnis natura. Uerbū aūt dei copioſum fuit in pplo: tā vocale q̄ ſcriptum. (Et edificauit turrim). i. tēplū ſm Chry. q̄ in ſcripturis appellat turris. Juxta illud Malachie. iij. Et tu turris nebuloſa filie ſyon. Uel cognitio nois dei ſm. ſ. Tho. Uel ſm Hila. in turre eminētia legis exprimit eo q̄ in celū p̄ucheret: ⁊ ex ea poſſet quis aduentū xp̄i ſpeculari. (⁊ locauit eā). i. ſub certa mercede cōſtituit (agricolis). i. Moyſi ⁊ Aarō ſm ſanctum Tho. ⁊ ſucceſſoribꝰ eoꝝ q̄rū erat regere pplm ⁊ vineā gubernare Chry. Tūc vineā locauit q̄n p legē ꝓſtituti ſunt ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ p̄curatiōnē regēdi pplz ſuſceperūt. Hec ille. Intēdūt ergo iſti dicere q̄ dñs curā populi cōmiſit ſacerdotibus hac lege: vt ipſi ſacerdotes exercerent id eſt populo haberent decimas ⁊ p̄mitias ⁊ alias oblationes tpales deus ẏo haberet in gloriā ſuā opa bona q̄ produceret vinea mediante ſacerdotū cultura: que ẏſiſtebat in exhortādo populū verbo ⁊ edificando exēplo ⁊ adiuuando oīonis ⁊ ſacrificiū ſuffragio (⁊ pegre ꝓfectus eſt) nō mutādo locū cum vbiq̄ lit ſicut ⁊ vbiq̄ operet. ſed ſm Hiero. ⁊ ſcīm Tho. relinquēdo vinitoribus liberū arbitriū operandi vel otiandi. Uel ſecūdū Chry. in homil. peregre profectus eſt id eſt lōganimitatē habuit: nō ſemp inducens penā pro peccatis eorum. Uel ſm Auge. quia dñs qui in deſerto vbi legez dedit ⁊ locauit vineam cum eis erat in columna nubis per diem ⁊ in columna ignis per noctem nequaq̄ poſtea ſimiliter apperuit illis. ¶ In hac p̄te eſt documentū allegorice p̄to ſacerdotibꝰ nouelegis: q̄ō Chry. tangit dī. Sicut colonus q̄uis de ſuo munere obtulerit dño nō ſic eū placat q̄ō ſi de vinea eius reditus ei obtulerit: ſic ⁊ ſacerdos non tm̄ ꝓpter ſuā iuſtitiā placet deo quō ſi populū dei in ſanctitate docuerit q̄m ipſi⁹ iuſtitia vna eſt ppli aūt multiplex. Hec ille. Et nō intendit. Chryſ. q̄ plus placeat deo ſacerdos malus faciēs ꝓp̄m eſſe bonū: q̄ bonus habens populū malū: ſed q̄ deus plus letāt in bono populi q̄ bono ſacerdotis: q̄ cōtra ſunt meliora. Intēdit etiā Chry. q allegorice iſta intelligunt dicta de xp̄ianitate: ſicut literaliter de ſynagoga. Huius vinee palmites ſunt homines quoz aliqui herēt vitiſdē eſt xp̄o p fidē ſz nō fructificant per charitatē: vt mali xp̄iani. Alij vero nec herēt nec fructificāt vt heretici ⁊ oēs infideles. Quidā ẏo herent ⁊ fructificant: vt ſancti. Sepes eſt angelica cuſtodia. Torcular eſt crux in q̄ xp̄s eſt calcatꝰ vera vua nata de vite q̄ eſt virgo Que vua fuit alba in natiuitate p puritatē: rubea in cruce p cruorē: nigra i ſepulcro p mortis liuorē. Turris eſt ipſa fides q̄ reſiſtit hoſtibꝰ: ⁊ qua futura ꝓuidemus anteq̄ fiant. ¶ Moraliter aūt iſta vinea eſt aia: vitis potentie: palmites ſunt virtutes ⁊ opa: ſepes libez aibitrū: torcular timor: turris ſpes agricola hō: ſerui redrentes fructū ſunt ꝓphete ⁊ angeli. Iſta vinea ſz Chry. producit gēmas bonaz cogitationū: ⁊ flores bonaz volitionū: ⁊ fructꝰ bonaz opationū. Eſt aūt plātata in corpe. ꝓpto vt nō deeſſet vniuerſo ſubſtātia q̄ ſimul eēt corpalis: ⁊ ſpūalis. Scdo vt p corpus acq̄rat ſciam ⁊ frutes: q̄bus naturaliter ē p̄nata: ſic q̄ hmōi nō hz niſi in q̄ buſdā p̄ciplis. ⁊ Tertio vt glorificetur in cōtēplatione deitatis p intellectū: ⁊ humanitatis p ſenſum. ¶ Quātū ad ſcōm tangit exactio fructuū a colonis. Ubi aduertēdū eſt q̄ deus a colonis hui⁹ vinee vt erāt coloni: nihil aliud exigebat q̄ vt populum erudirēt ⁊ reneret in timore ⁊ amore dei: in quātū ẏo erāt q̄daz p̄sone exigebat ab eis nō ſcitatem populi ſed propriam. Ubi ergo tales coloni auertebant a deo nō ſolū nō reddebāt fructum de vinea: ſed illum negabāt quod petius eſt: peſſimū autē cedere fructuū exactores. Dicit ergo (Cū aūt tēpus fructuum appropiquaſſet) Iſtud p̄ps ſz ſan. Tho. eſt p̄ps ſequēs legē datā ⁊ plantationez vinee in terra p̄missionis. (miſit ſeruos ſuos). i. pphas ſm. ſ. Tho. ⁊ Chry. ⁊ Hila. (ad agricolas). i. ad ſacerdotes et rectores ppli vt acciperēt fructus eius. s. Uin. ¶ Eſt autē ſciēdū q̄ fructꝰ iſti exp̄ctati a dño de vinea: vt dictum eſt nihil ſunt aliud q̄ timor ⁊ amor ppli ad deū iſti aūt potiſſimū ꝓpēdebāt a ſacerdotibꝰ Uñ Chry. ſacerdotiū aſſimilat ſtomacho q̄ tāguēte infirmanꝝ ola mēbra: ⁊ radici q̄ vitiata palleſcūt folia. ¶ Ad hoc ergo q̄ iſta vinea fructificaret ſz beneplacitū dei req̄rebat. Primo q̄ ſacerdotes eſſēt in ſe boni ⁊ iuſti. Scdo q̄ docerēt populū in via veritatis arguēdo quo ad mala. ⁊ exhortādo quo ad bona verbo ⁊ exēplo. Tertio q̄ orarent ⁊ ſacrificarēt pro illo. Uñ ergo ꝓphe arguebāt ſacerdotes in aliquo horū triū negligētes: exigebāt ab eis fructū vinee ide dependentē. Hoc aūt fecerūt multi ex primis prophetis: ſed fuerūt male tractati. Uñ ſequit (agricole aūt). i. rectores populi (apprehenſio ſeruis eius aliū occiderūt: aliū ẏo lapidauerūt). Mā ſm Hier. Hieremias fuit ceſus. Eſaias occiſus: imo vt tradūt hebrei fuit tāq̄ lignū ſerratꝰ ad p̄ceptū regis Manaſſe. ⁊ Zacharias lapidatꝰ iter tēplū ⁊ altare ad p̄ceptū. ſ. regis Joas: vt ptz. ij. Paral. xxiij. (Iterū miſit alios ſeruos plures ꝓrib⁹) q̄ ſm Hila. poſt p̄dicationē p̄mox ꝓphetaz: dñs magnuz prophetarū numerum miſit. Nō vt ptz ex libris Regū: erāt in pplo dei ꝓphetarū collegia ſicut mō ſunt i ſcīa eccliā monaſteria religioſoz. Et ſic de⁹ nō abſtulit ab eis ſuā miam ꝓpter occiſionē primox ꝓphetaz: ſz auxit ſm Chry. ⁊ aucta dei mia augebat iudeox malitia. Uñ vt idē dr: Ẏ dei clemētiā maligutas humana cerrabat. Hec ille. Jō ſequit (⁊ fecerūt illis ſimiliter.) Quidā tñ vt Rab. volūt p p̄mos ſeruos poſſe itelligi moyſen ⁊ Aaron qui ceſi fuerūt lingue flagello: per ſecundos vero prophetas. Sed iſta

expositio nō multū cōgruit textui (nouissime ät missit ad eos filiū suū dicēs.) Chr. in homil'. Quare aūt non cōfestim misit. Ut ex his inq̄t q̄ ad alios fecerāt seipsos accusarēt, ⁊ furorem dimittētes vereū darētur propter filiū venientē. Hec ille. Un̄ sequit (Forte verebunt filiū meū) Dicit aūt forte ſm Chry. non q̄ ignoret pr̄ familias q̄d futurū sit: cū ipe sit de⁹: ſz vt ostēdat arbitrij libertatē. ꝓterät enim agricole vereri filiū ⁊ nō vereri. Dicit aūt verebunt ſm eūdē: vt oñdat q̄ ad p̄sentia xp̄i sibi ꝓmissi debuissent cōfundi et erubescere: q̄ pcm̄ eoꝝ magnū erat ⁊ oi excusatiōe priuatū. Quidā aūt eorū ſm Orig. veriti sunt filiū vt q̄ in eū credidērūt: ſz tm̄ maior pars verita est. de q̄b⁹ sequit (Agricole aūt videntes filiū dixerūt. hic est heres) cui. ſ. nō solū vinea synagoge iudeorū: ſz etiā gētes sunt ꝓmisse in hereditatem: tāq̄ olim regi ⁊ dño. Ex his ptz ſm Hie. ⁊ Chrys. q̄ iudeorū p̄ncipes nō p ignorātiā: sed p malitiā ⁊ inuidiā peccauerūt: q̄ cognouerūt illū quē crucifixerūt esse filiū dei. Nō est aūt intelligē dū q̄ Hiero. ⁊ Chrys. dicūt q̄ isti cognouerit xp̄m esse filiū dei p naturā: ⁊ verū deū: vt ptz p. s. Tho. iij. par. q. xlvij. si ei cognouissent nūq̄ deū glie crucifixissēt vt dicit. ſ. Cor. ij. ſz dicūt q̄ cognouerūt illū filium dei p excellentiā gre. Dicit tm̄ s. Tho. sup Mat. q̄ cognouerūt eū dei filiū. ſ. p naturā ex cōiecturis: sed nō certe. Uide de hoc dñica. ſ. in Quadragesima. De verbis th̄ patrissa. ꝓcludit Chry. q̄ sit filius dei p naturā ⁊ nō per grām solū: alioquin ⁊ pphe possent dici filij dei. Sz th̄ vt dicit Chry. postq̄ intrauit in tēplū ⁊ eiecit vēdētes ⁊ emētes sic cogitaueſt. Jā cessabit ꝓsuetudo hostiaꝝ q̄ ad luctū: nr̄m ptinēt: ⁊ incipiet ppls offerre sacrificiū iustitie q̄ ad gliam ptinet dei vti iā nō erit ppls iste nostra possessio. Un̄ tūc cogitauerūt illū occidere dicētes. (Uenite occidamus eū: ⁊ nostra fiet hereditas) id est nos fructum ex populo percipiemus: ſm mentē Chry. Uel ſm Raba. nostra fiet hereditas. i. stabit fides nr̄a q̄ est ſm legē: ⁊ non illa que est ſm eū. Et intēdit Raba. id q̄ dicit. s. Tho. ſ. q. timuerunt perdere dominiū populi: q̄ habebant ex lege. Unde ⁊ propter hoc conspirauerunt in mortē christi: ne venirēt romani et auferrent eis locū ipsorū. (Et apprehensum eum) in orto (eiecerunt extra vineā). i. extra hierl'm ſm Hilariū. Uel ſm Orige. hoc dicitur quia habuerunt eum quasi alienum a vinea ⁊ a colonis. ¶ Sed nota q̄ Mat. dicit eiecerūt ⁊ occiderunt: in signum: q̄ primo eiecerunt extra coꝝ suum: deinde crucifixerunt. Mar. vero dicit: occiderūt ⁊ eiecerunt in signū. ſ. q̄ post mortē eiecerūt eum dum apostolos ad gētes ire cōpulerunt. (⁊ occiderunt in ligno crucis suspendentes. ¶ In hac parte documentū allegorice est ꝓ sacerdotibus suaris ⁊ malis. de quo dicit Chrys. Hec cogitatio: ⁊ nostra erit hereditas: cōmunis est olim sacerdotum carnaliū: qui non sunt solliciti q̄o populꝰ viuat sine pctō sed aspiciunt q̄d in ecclesia offerāt: ⁊ hoc existimāt sacerdotij sui lucrum. Hec ille. ¶ Quātum ad tertiū tangitur exterminatio que fienda erat de ingrato ⁊ cōtumaci populo: cū dicit. (Cum ergo venerit dñs vinee) ad faciendum computū ⁊ vindictam de illis agricolis quod tunc fuit q̄n Titus obsedit hierusalē. Uel ſm Orig. q̄n christus a mortuis resurrexit (quid faciet agricolis illis?) Orig. Interrogat quidez dñs: nō q̄ ignoret quid responsuri sint: sed vt ꝓpria rñsione dānarent. Hec ille (aiunt illi: Malos) colonos (male). i. acerbi (perdet) gladio fame ⁊ captiuitate (⁊ vineaz suā). i. populū suū vel eos qui ex iudeis crediderunt (locabit alijs agricolis). i. apl'is ſm. s. Tho. ⁊ Orige. qui curā susceperūt regēdi populū dñi: nō solū eū qui ex iudeis: ſzēt eū q̄ ex gentib⁹ credidit q̄ factū est vnū ouile ⁊ vn⁹ pastor. (Qui reddāt ei fructū tēporibus suis). i. qui cōseruēt ppl'm dei in timore ⁊ amore ad deū: culturā do vineā mō ꝑexposito. Apostoli eñ vniuersum mūdū subiecerūt timori ⁊ amori Jesu christi: subuersa ⁊ destructa penitus nephādorū demonum cultura. Sicut aūt dicit Chry. isti verum responderunt: quia veritas ipsis violētiā fecit. Hec ille. Et vt dicit Orig. verū dixerunt cōtra se: sed nō ex se: sicut ⁊ necz Caiphas. ¶ Sed hic est questio quā mouet Augu.

uet Augu. de cōsen. euan. q̄ Marcus dicit illa verba: malos male perdet: dixisse ꝺm. Matthеus vero dicit illa dixisse iudeos. Ad hoc dicit Augu. vbi supra dupliciter. Primo q̄ verba ista in Marco aliter sunt posita q̄ possunt intelligi dicta a dño ⁊ a iudeis: q̄ post xp̄i interrogationē qua dixit: quid faciet dñs vinee statim sequitur: perdet malos colonos. Et ſz ibi non dicat q̄ illi hoc dixerint tm̄ pōt subintelligi. Scōo q̄ ista verba primo protulerunt iudei, ⁊ scōo ipse xp̄s ea reassumpsit: ⁊ sic attribuūtur potiꝰ dño: quia verum dixerunt: ⁊ veritas etiā dixit eadem resumendo. Et isto scōo modo soluit etiam Chr̄ſ. ⁊. s. Tho. ſ. q̄ illa ꝺba bis fuerūt prolata. Sed est alia questio quā etiā mouet Aug. q̄ vt dicit magis vrget. nā btūs Lucas dicit q̄ p̄dicta ꝺba dixit dñs: iudei ꝺo dixerūt. (Absit) i. nō occidenk cultores: vt ipsi nō occidēt xp̄m vt p̄hr etiā talia non patiantur. Ergo nullo modo iudei illa verba dixerūt: ſz cōtrariū. Ad hoc dicit Augusſt. vbi. s. ⁊ Chry. ⁊. s. Tho. q̄ ibi multi erant: ⁊ quidā dixerunt malos male perdet. ſ. amici christi ſm Aug. vel qui nō intelligebant parabolā ſm Chrys. quidā vero dixerūt: absit. ſ. illi q̄ ꝺ se intellexerunt: dicta esse pabolā ſm Aug. ⁊ Chry. Uel ſm Chry. Magi. Hiſt. illimet ore dixerunt absit: cor de vero dixerunt malos male perdet: et beatus Matthеus retulit eos dixisse q̄ mēte dicebāt. Uel ſm. s. Tho. primo dixerunt malos male perdet: post videntes hoc esse contra se dictum dixerunt: absit. Qualitercunq̄ tamē fuit: dñs approbauit sententiā dicentiū: malos male perdet: ⁊ p scriptnrā, pbat q̄ ipsi erāt reprobaturi xp̄m: ⁊ p̄hr periturī. Ad huius ergo euidentiā sciendum est q̄ quidam dicunt q̄ ad literam lapis fuit in templo salomonis multoties reprobatꝰ: sed post in fine edificij in angulo oibus stupentibus mirabiliter est coaptatus. hoc videk sentire Magister hīsto. q̄uis hoc nō affirmet ſz recitet. Quidā vero dicūt hoc nō esse verū. Un̄ hebrei apud iudeos autētici exponētes passū illū nūq̄ tale aliquid retulerunt: sed illum lapidē metaphorice sumūt. Et hoc videk rōnabilius q̄ ſm istā viā dictum ꝑs. q̄ alle gabak fuit parabolicū p̄hr literaliter exponik de xp̄o ⁊ xp̄s allegabat ad literā: ſm q̄ ꝓsueuit facere. Scōm aliā ꝺo dictū illud est historicum: ⁊ xp̄s allegaret in sensu spūali ⁊ cōsequēter nō argueret vel probaret efficaciter: q̄uis etiam ista ratio nō cogat. Dicitur ergo. (Nūq̄ legistis i scripturis) id supple q̄ dicā. Quasi di. vtiq̄ legistis in psalmo. (Lapidē). i. xp̄m ſm Chry. ⁊ Raba. (quē reprobauerunt edificantes). i. p̄dicti agricole ⁊ doctores iudeorum ſm Hie. ⁊ Raba. Dicti sunt aūt edificantes: q̄ ad ipsos ptinebat cōstruere tēplū spūale. i. synagogā: quā docēdo legem ampliabāt ⁊ reparabant. Et ſm Chry. q̄ sicut edificator dolat nodosos lapides: ita doctor corrigit vitia circa hoies. (Hic factus est in caput anguli). i. vt sit caput anguli, hila. Est eñ caput anguli factꝰ: quia est inter legē atq̄ gentes lateris vtriusq̄ conīunctio. Hec ille. Utrūq̄ eñ populū iudaicū ⁊ gentilē in sua fide cōiunxit: vt dicit Raba. (a dño factū est istud) qui misit filiū suum ad redēptionē ⁊ conuersionē mundi. ⁊ est mirabile (caput ecclesie: ſm Chry. in oculis nostris). i. ante oculos nostros q̄ cū possumus videre per fidez vt idē dicit. Uel ſz istud nō demonstrat personā capitis: sed factionē eiꝰ. i. ꝓlationē qua factus est caput: vt sit sensus. Ad nō factū est istud non quidē istud caput: ſz istud q̄ hic lapis sit caput. q̄ fuit mirabile in oculis iudeoꝝ: q̄ ita gētes paruipendebāt: vt nō modo cū eis nō manducarēt: sed etiā iudicabāt eos indignos quibus dei verbū p̄dicaret: vt ptz p Apl'm. j. The. ij. dicentē. Prohibentes nos gentibus loqui, ſ. verbū salutis. Et tāta erat ista despectio: vt etiam postq̄ aliqui eorum ad fidē fuerāt cōuersi: disceptarēt aduersus petrū: q̄ cornelij virū gētilem baptizauerat: q̄ cum eo mādducasset: vt ptz Act. xi. (Jō dico vobis) qui christū reprobatis. q̄ auferet a vobis regnū dei. i. regimen populi sui: qui est regnū eiꝰ. Regnū ei dei eccl'ia militās in q̄ regnat deꝰ q̄ ablata ē ab ei (et dabit gētī faciēti fructus eiꝰ). i. apl'is ⁊ successoribꝰ eius. Uel ſz. s. Tho. ⁊ Ori. p regnū dei intelligit sa

ers scriptura: que ablata est ab eis quã-
tũ ad verũ z sanum intellectũ eiꝰ: z data
est fidelibꝰ xpi: qui ex ea ꝓducũt fructũ
fidei z operũ bonoꝝ. (Et q̃ ceciderit super
lapidẽ istũ confringet: sup quẽ ꝯo ceci-
derit: cõteret eũ jq̃ plꝰ est q̃ cõfringi: ꝑm
Chry. qz est cõfringi minutatim. Et ꝑm
Hie. z Aug. z. s. Tho. cadit super lapidẽ
quicũq; peccat. Talis em nõ cõfringit a
xpo: sed ipse seipz frãgit. Sicut vas cadẽs
super lapidẽ ex suo mõ cadẽdi se frãgit.
Cadit vero lapis sup aliquẽ qñ illũ pu-
nit. Zsti ergo casuri erãt sup lapidẽ per
petm. z lapis sup eos ꝑ suppliciũ: malos
male perdendo. Uel ꝑm Chry. z. s. Tho.
cadit sup lapidẽ: q̃ credẽs in lapidẽ pec
cat. Zste nõ totaliter cõfringit: qz stat ve
ra fides: z reseruat ꝙ patiẽtiã ad salutẽ:
vt dicit Chry. ille aũt super quẽ cadit la
pis: est ille q̃ xpm negat. Zste ex toto cõ-
minuit: nec in se aliq̃d hz vñ repari pos-
sit: stãte priuatiõe luminis fidei: ex qua
est primꝰ motꝰ in iustificatiõe impy. Sz
quare xps ór lapis. Rñdet Chry. Qz est
fundamẽtũ forte qõ nec aquis seductio-
nũ nec tẽpestatibꝰ ꝓsecutionũ mouet. Et
scõo ꝓpter similitudinũ ad cõminuẽdũ
z cõquassandũ (z cũ audiuissent princi-
pes sacerdotũ z pharisei parabolas eiꝰ
cognouerũt q̃ de ipsis diceret) z tñ nõ pe
nituerũt. Uñ seq̃. (Et q̃rẽtes eũ tenere)
vt occiderẽt (timuerũt turbas: qm̃ sicut ꝓ
phetã eũ hẽbãt) ipe turbe z ꝑr tumultꝰ
fuisset. In hoc aũt est morale documẽtũ
qõ Chry. tãgit dicẽs. Hec est differentia
bonoꝝ hoiz z maloꝝ. Bonꝰ ei cõpũctus
in pctõ gemit qz peccauit. malꝰ aũt tre-
mit: nõ qz peccauit: z qz cõphẽsus est in
pctõ z nõ solã penitẽtiã nõ agit: z ma-
gis aduersus corripiẽtẽ irascitur. Unde
z isti deprehẽsi magis ad malitiam sunt
excitati. Hec ille.

Sabbato post dñicã. ij. Quadra.

Textus euan. z. u. xv.

Homo quidã habuit duos filios: z dixit adulescẽ
tior ex illis patri. Pater da mihi portionẽ substã-
tie que me cõtingit. Et diuisit illis
substantiã. Et nõ post multos dies
cõgregatis oĩbꝰ adulescentiorꝰ filiꝰ
peregre ꝓfectꝰ est in regionẽ lõgin
quã: z ibi dissipauit substantiã suaz
viuẽdo luxuriose. Et postq̃ oĩa cõ
summasset facta est fames valida
in regione illa: z ipse cepit egere.
Et abiit z adhesit vni ciuiũ regio-
nis illiꝰ: z misit illũ in villam suã vt
pasceret porcos: z cupiebat imple-
re ventrẽ suũ de siliquis quas porci
mãducabãt z nemo illi dabat: in se
aũt reuersus dixit. Quãti mercena
rij in domo patris mei abũdãt pa-
nibus: ego aũt hic fame pereo. Sur
gã z ibo ad patrem meũ z dicã illi.
Pr peccaui in celũ z coram te: iã non
sum dignꝰ vocari filius tuꝰ: fac me
sicut vnum de mercenarijs tuis: et
surgẽs venit ad patrẽ suũ. Cũ aũt
adhuc lõge esset vidit illũ pater suꝰ
z mia motus est: z accurrẽs cecidit
sup collũ eius z osculatus est eũ. Di
xitq; pater filius. Pater peccaui in celũ
z coram te: iã nõ sum digꝰ vocari fi-
liꝰ tuꝰ. Dixit aũt pr ad seruos suos.
Cito ꝓferte stolã primã z induite il
lũ: z date annulũ in manu eiꝰ z cal-
ciamẽta i pedes: z adducite vitulũ
saginatũ z occidite z mãducemus
z epulemur: qz hic filiꝰ meꝰ mortuꝰ
erat z reuixit: perierat z inuentꝰ est.
Et ceperũt epulari. Erat autẽ filiꝰ
eius senior in agro. Et cũ veniret z
appropinqret domui audiuit sym-
phoniã z chorum. Et vocauit vnũ
de seruis suis z interrogauit q̃ hec
essent. Zsq; dixit illi. Frater tuꝰ ve-
nit z occidit pater tuꝰ vitulũ sagi-
natũ qz filiũ illũ receptt. Indigna-
tus est aũt z nolebat introire. Pa-
ter ergo illiꝰ egressus cepit rogare
illũ. At ille rñdens dixit patri suo.
Ecce tot annis seruio tibi z nunq;
mãdatũ tuũ ꝓteriui: z nunq; de-

disti mihi hedũ vt cũ amicis meis
ꝙlarer. Sed postq; filiꝰ tuꝰ hicq;
deuorauit substãtiã suã cũ meretri
cibꝰ venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipe dixit illi. Fili: tu semp
mecũ es z oĩa mea tua sunt. Epula
ri aũt z gaudere oportebat: qz fra-
ter tuꝰ hic mortuꝰ fuerat z reuixit:
perierat z inuentus est.

Homo quidã habuit duos fi-
lios ꝛc. Lu. xv. In ꝑti ea-
tãgunt tria ꝓcta: que sunt
ꝓdiga dissipatio: benigna
miseratio: z stolida seu inuidiosa indignatio. ¶ Quãtũ ad primũ tã-
gitur dissipatio ꝙdiga iuuenis lasciuiẽ-
tis. Est aũt euãgeliũ hoc totũ parabolicũ ꝑm Mag. hist. z alios iõ literalis sen-
sus sumẽdus est iuxta metaphorica dic-
tionũ significata. Agit ergo in toto isto
euãgelio ꝑm aliquos de duobꝰ ppũlis: gẽ
tili. s. z iudaico ad lr̃am: sz hoc nõ placet
Cyrillo qz nõ potuisset vere dicere filiꝰ
senior. i. ppũls iudaicꝰ: nũq; mãdatũ tuũ
ꝓteriui. Est ergo ꝑm eũ lr̃alis sensus pa
rabole. vt ꝑ duos filios intelligant iustꝰ
z pctõr z hoc vr̃ iste vex: qz istã parabo
lã dixit dñs ℈ phariseos murmurãtes q̃
suscipet pctõres: z cũ eis mãducaret. z cõ
tra q̃s ẽt dixerat immediate ad̃ parabo
lã de cẽtũ ouibꝰ z decẽ drachmis: de qui-
bus ꝓstat q̃ ad hoc ꝓpositũ dicunt. Põt
tñ dicit q̃ ẽt ille sensus est lr̃alis vt vñr
q̃dã velle. Et ad argumẽtũ Cyrilli dico
q̃ ꝑm Chry. i parabolis nõ opz oĩa scru
tarj tãq; ꝛa. sz sufficit attẽdere ad id qõ
intẽdit parabole fictor. Sz thexponamꝰ
ꝓpio mõ sicut z. s. Tho. in catena aurea:
z dicamꝰ [Hõ q̃dã]. i. de dctũs hõ qz cũ
eo ꝙuenit hõ i hr̃e intellectũ vr̃ rõne assũ-
pte hũanitat̃ (habuit duos filios) vnꝰ ẽ
nũerꝰ, iustoꝝ ab initio iustitiã sequentiũ
℈ Cyrillũ: ali⁹ est nũerꝰ pctõr ꝙ pniam
q̃z redeũtiũ (z dixit adulescẽtioꝝ ex il-
lis). i. pctõr: q̃ ẽ iunior. ℈ Cyri. z Wasi. nõ
defectu etatis: sz sensus z intellectꝰ [ꝑti]
i. deo. [Da mihi portionẽ]. i. ptẽ [substã
tie]me [q̃ me cõtingit]. i. q̃ ad me ptinet
hereditario iure. Sicut aũt ôr Titus do-

homo petit id qõ ꝓtingit z cõpetit ei: qñ
petit vt nõ ex necessitate seruiat: sz sic in
sua potestate: cũ sit rõnalis z liber. Se-
cundũ Augu. aũt ista pars sũt illa q̃ dã
tur nobis a deo immediate z nõ ab agẽ
te naturali. anima scz z potẽtie eiꝰ. In-
tellectꝰ em. i. aia intellectiua est ab ex-
trinseco: vt ór in lib. de aĩabꝰ. i. nõ edu
cit de potẽtia materie ab agẽte naturali: sed a deo immediate dat ꝙ creationẽ
vñ aut. Aĩa ptãte sua delectata id qõ est
illi viuere: itelligere: meminisse: ingenio
alacri excellere petit q̃ diuina sunt mu-
nera. Hec aũt in sua ptãte accepit ꝙ li-
bez arbitriũ. Hec ille. Sz est hic qõ. qũo
hõ possit ista petere q̃ ei dant a deo: cuz
ab instãti ꝓceptiõis sue quo ꝑm verũ ẽ
dicere q̃ est hõ: hẽat alam z oẽs eiꝰ potẽ
tias? Ad b̃ dico dupl̃r. Primo q̃ parabo-
la ẽ similitudo q̃dã vl̃ cõparatio similiũ. Oĩa
aũt similia sunt dissimilia z differẽtia. Nã
similitudo est rez differẽtiũ eadẽ ratas. i.
forma. Nõ ergo in pabolis opz quo ad
oĩa accipe similitudinẽ ꝛquenientiã. Dico ℈
q̃ filiꝰ hois põt a pr̃e suo petere q̃ ei de
denr̃ tpalia bona z põt etiã es accipere.
filiꝰ aũt dei ꝙ creationẽ põt q̃dẽ natura
lia bona a pr̃e suo deo accipe i sua cõce-
ptione sz nõ põt ea petere rõne iã dicta.
Est ℈ vtrobiq; similitudo q̃ ad accipe sz nõ
quo ad postulare. Sc̃odico q̃ oẽ qõ ad
aliq̃d est ordinatũ: seu est in potentia vt
hẽat illiꝰ appetit illõ: sicut materia ap-
petit formã ad quã ẽ i potẽtia: vt ptz. ij.
phy. Oĩa em appetũt suũ bonũ: bonuz
aũt potẽtie est actꝰ ad quẽ ordinat. Oẽ
aũt appetẽs aliq̃d petit illud interptati
ue ab eo cui suꝰ appetitꝰ seu suũ desyde
riũ ẽ patẽs: si talis ꝑt ipleri talẽ affectũ
sicut dicimꝰ ifãtẽ vagiẽtẽ petere mãmil
las. Nõ ℈ gñatꝰ añq; hẽat rõnis vsum z
arbitrij libertatẽ: ẽ in potẽtia ad ista. Er ℉
go q̃dã appetitu nõ q̃dẽ appetitu rõna
li vl̃ aiali sz naturali. Ergo interptatiue
petit a deo cui appetitꝰ ille est patẽs z q̃
illum põt implere. Hoc est petere partẽ
suã. i. aiam z potẽtias. Nõ q̃ tãc petat
hõ vt illa fiãt z sibi denr̃: sed vt iã facta
sibi denr̃: z sint sua. i. possit eis libere vti
sicut z filiꝰ hois nõ petit a pr̃e vt ps sue
subẽ fiat sz vt iã facta sibi derr̃ vt sit sua

i.In sui ptāte. Possum⁹ tñ etiā dicere q̄ ipse hō anteq̄ suscipiat rōnalē alam tā est in potētia ad illā p suū corpus. ⁊ p̄hr illā appetit: ⁊ p̄hretiā interpretatiue petit. (Et diuisit illis substātiā)qz ꝟ Chr. 16 substātia rōnalis equaliter oibus nascētibus daf et scia boni ⁊ mali. Et nō post mltos dies)a susceptiōe libertatis(adulescentioz filius pegre).i.pagrādo vel pagrādū ꝓregiones(ꝓfectus est)a patre Chry. Profectus est: nō local⁹ a deo recedēs: q̄ vbiq̄ est: sed affectu. Fugit em̄ deū pctōz vt a lōginquo ster. Hec ille. Jn quo ꝑm eūdē ondit libertas arbitrij: qz p̄ istū exire vl̄ stare neq̄ ꝓhibuit neq̄ coegit(in regionē longinquā).i. vsq̄ ad obliuionē dei ꝑm Aug. vl̄ vsq̄ adeo vt ex se iret ꝑm Amb. Nā infra ōz q̄reuersus in se fuerit Amb. Quid em̄ lōginquus q̄ ⁊ se recedere: nec regionib⁹ sed moꝛib⁹ separari. Et em̄ q̄ se a ꝓpo separat exul est patrie ⁊ ciuis mūdi. Hec ille. Hoc aūt ꝑm Aug. factū est nō post multos dies a cōstituriōe ghis humani vt accideret. ſ. dei oblitio. Uel posset dici q̄ post multos dies a susceptione vsus liberi arbitrij: qz plerūq̄ ⁊ si nō semp i ipsa puericia vel adulescentia incipiūt vitia: vsus aūt arbitrij in principio pueritie. i. i septēnio vel etiā aliq̄n añ a deo nobis cōferatur ꝑm. s. Tho. in. iij. ¶ Notādū etiā q̄ triplex est regio. Prima lōginqua respectu padisi: vt status hui⁹ mūdi etiā si q̄s sit sctūs. ꝑs. Aduena ego sum apud te ⁊ pegrin⁹. Scōa lōginquior vt stat⁹ pcti. ꝑs. Lōge a pcōrib⁹ salus. Hec ē regio vmbre mortis de q̄ Esa. ix. Tertia lōginquissima: vt status ifernalis. Est em̄ ita lōginqua q̄ null⁹ sufficit inde reuerti nisi miraculose. vt traian⁹. (⁊ ibi dissipauit substātiā suā).i. naturales aie sue vires q̄s malis habitib⁹ pctō: dissipat et assuefacit ad malū apperēdū q̄ ad appetitiuas ⁊ reddit hebetes q̄ ad pcipiēdū ipsas cognoscitiuas. Uñ ⁊ cecitas mētis filia ē luxurie. Titus. Dissipauit substātiā suā. i. itellectū rectū: castimoniā: documēta: ſitatis notitiam: genitoris memoriā: creatoris sensum. Hec ille. (viuēdo luxurioſe).i. pdige ⁊ turpiter. Nā ꝟ gl. luxuria cōsumit oia bona nature. Et si dicat q̄ ꝑm Dion. nihil existētiū corrūpit q̄ malū. dico iuxta Gorrā. ⁊. ſ. Thsmiam q̄ bonū nature sumit triplr. ſ. primo intrāsitiue ꝓ bono qō est natura. et trāsitiue ꝓ bono qō ineſt nature: vt sūt habit⁹ vel accidētia. ⁊ tertio medio mō quodā mō ꝓ habilitate nature ad bonū accidētale seu aptitudine subiecti ad bonū accidētale. Luxuria primū nullo mō tollit nisi forte p accidēs. scōm ꝟo tollit totaliter ꝓcessu tpis: ⁊ inducit ꝟitū habitū. ſ. vitꝫ tertiū ꝟo diminuit: seq̄ nō totaliter aufert. Hic tñ sumit luxuria ꝓ luxuria sit⁹ ⁊ alijs vitijs adiūctis: sicut solet cōiter accidere q̄ luxuriosi etiā in alijs vitijs occupant Aug. de cō. euā. luxurioſam vel ꝓdigā vitā vocat amārē fundere. ac ſpatiari exterioꝛib⁹ pōpis inanescētē: cū ea q̄sq̄ sequit q̄ ad alia ꝓcedit ⁊ relinq̄t eū q̄ sibi ē iterior. Hec ille. (Et postq̄ ꝓsummasset oia facta ē fames valida i regione illa).i. indigētia ꝟbi ꝟitatis: ꝑm Titū. Nō em̄ sumit hic faues ꝓprie ꝓ appetitu: ſz large etiā ꝓ indigētia. Uel ꝑm Amb. fctā est i regiōe illa fames: nō epulerū: sed bonorū operū atq̄ ꝟtutū: q̄ sunt miserabiliora ieiunia. Et em̄ q̄ recedit a ꝟbo dei esurit: qz nō i solo pane viuit hō: ſz i oi ꝟbo dei. Qui recedit a thesauro eget. Uñ sequit. (Et ipe cepit egere) Merito em̄ egere cepit q̄ thesauros sapiētie ⁊ sciētie dei diuitiarūq̄ celestiū dereliquit. Egere ergo ideo cepit: qz nihil ꝓdige satis ē voluptati. Hec ille(⁊ abijt: ⁊ adhesit vni ciuiū regiōis illius (Jste ciuis ꝑm Amb. est princeps huius mūdi. i. lucifer ꝑm Aug. est aliq̄s ꝓceps demonū cōmoꝛantiuꝫ in aere q̄ ad militiā diaboli ꝓtinet. Demones enim sunt in regione pcti ⁊ longe distāt a deo ⁊ sunt ciues in ea qz ab initio mūdi illā incolūt regionē ⁊ sunt quasi dñi hoiz in quoꝝ: imo diabolus oīm malorū est caput: ꝑm Greg. (⁊ misit illū in villā suaz) Per hanc villā intelligit aliq̄s speciale peccatū inter septem peccata capitalia. Nā lucifer septē ꝟz principes iuxta numerū ꝓdictorū vitiorum: qui singuli de singulis tentant ⁊ in eis occupant homines. Uidetur autem ista villa fuisse luxuria: et iste ciuis vel princeps fuisse

Asmodeus: quia iste luxurioſe viuebat. Misit aūt istū in villā suā tanq̄ dñs q̄s irretuit cū pctō vel consuetudine mala A tiq̄ vinculo seruituti⁊ (vt pasceret porcos). i. immūdos spūs qui erant sub isto principe ꝑm Aug. Nam sicut lucifer ꝟz duces: ita duces habēt mūltes suos. Uñ ⁊ Beda ait. Porcos pascere: est ea q̄bus immundi spūs gaudent operari. Hec ille. Theo. Nos ergo pascit q̄ alios ꝓcellit in vitio: vt sunt lenones archipredones: archipublicani q̄ alijs sūt doctores operationes obscene. Hec ille: (⁊ cupiebat implere ventrē suū de siliquis). Siliquas quatuoꝛ significat. Primo folliculos ⁊ purgamēta leguminū. Scōo quod dā gen⁹ leguminis quo in Aphrica sues reficiunt. de quo ait Amb. Siliqua gen⁹ est leguminis: intus inanis: foꝛis mollis: quo corpus nō reficit sed implet. hec ille. Tertio est quedā arboꝛ habens fructū dulcē qui est porcoꝝ cibus. Quarto siliqua dicit arboꝛ: silique fructus. Scōo ergo vel quarto modo sumit hic: ⁊ significat aliq̄d quo demones delectent, ⁊ stulti siue sint poetarū carmina: vt Hiero. ait siue corporis voluptates(quas porci manducabant).i. quibus delectātur: nō ꝓpter eas cū nō habeāt earū sensuz: ſz qz ꝓ eas hoies lucrant. Chry. Junioꝛ filius spūalibus destitut⁹ opibus quasi prudentia ⁊ intellectu porcos pascere dicitur. hoc est sordidas ⁊ immundas in alia sua cogitatiōes nutrire: ⁊ edit escas irrationabiles ꝓaue cōuersationis dulces quidē egenti bonoꝝ: qz suaue puer B sis videtur esse opus carne voluptatis que virtutes anime penitus euertat et perimit. Hmōi cibos q̄si porcinos ⁊ male dulces. i. carnaliū dilectationū illecebras siliquarū note scriptura designat. Hec ille(⁊ memo illi dabat). ſ. voluptates ad saturitatē: ꝑm Theo. Studēt em̄ vt ait demones ne vnq̄ saturitas malorū ꝓueniat. Uel ꝑm glo. hoc dicit: qz diabolus postq̄ viderit aliquē esse suū: iaz C nō ꝓcurat ei abundantiā (in se autē reuersus dixit) attritus. ſ. seruitute ⁊ laboribus ⁊ porcino cibo stomachatus ꝑm Gre. nazan. ⁊ Aug. de cō. euā. Jn se aūt reuersus est cū ab eis q̄ foꝛtasse cum stra illicitū ⁊ seductū in cōscientie sue interioꝛa suā intētionē reduxit. Hec ille. ¶ Ad intellectū vero sequentiū sciendū est q̄ ꝑm Basiliū aliqui faciūt bonū timoꝛe pene aliqui gratia mercedis: ⁊ intelligit de tēporali: aliqui ꝓpter amoꝛē D legis: ⁊ ipso bono ope delectati. Primi sunt serui scōi mercenarij. tertij vero vt ait filij. Nā ꝑm Amb. Filius q̄ ꝟz sancti spūs pignus i corde secularis mercedis lucra nō querit: sed ius seruat heredis. Hec ille. Notat aūt Amb. duo gña mercenariorū. Nā vt ait: q̄dam sunt boni q̄ conducunt ad vineā. Jsti nō siliquis ſz panibus abundāt. Hec ille. Et in hoc innuit q̄ quidam sunt mali: q̄. ſ. seruiunt deo ꝓ tēporalibus: in q̄bus finē operis sui boni cōstituunt: ⁊ cōsequenter siliq̄s pascunt ꝟtū ad suā finalē intentionem ꝟz abundēt ⁊ ipsi panibus quantum ad substantiā operū bonorū ⁊ bonarū cogitationū. Faciūt em̄ ⁊ cogitant ea q̄ sunt bona de genere suo: sed illa ex intentione puertunt. Sic ergo exponend⁹ videt ter. (Quāti mercenarij). i. hoies seruientes deo ꝓ tꝑali mercede(in domo ꝑris mei). i. in exercitio operū bonorū quantū ad ipsam substantiā operū vel ex genere suo: sicut em̄ luxuria ē villa Asmodei: ita sancta cōuersatio est palatiū dei in qua multe sunt mansiones ꝑm genera diuersa virtutū: (abundāt panib⁹). i. operibus bonis ex genere: q̄ sunt cibus aie rationalis: qua hō est hō: ⁊ ꝓsequēter sunt cibus hois inq̄tū ē hō: tanq̄ panes sicut siliq̄ cibus porcoꝝ sunt. (ego) aūt q̄ sum filius: [hic fame pereo] fact⁹ peioꝛ mercenario: qz ille saltē ꝟz substātiā bonorum operū ⁊ si recta intētione careat ego aūt neutrū habeo. qz careo veritatis cognitione ꝟtum ad rationalē vel apꝓhēsiuā virtutē: ⁊ charitatis dilectione ⁊ maiestatis veneratione ꝟtū ad appetitiuā. i. voluntatē. Sed hic est ās tio qz iste vꝝ se ꝓferre mercenario tanq̄ filius: ⁊ tñ mercenarius eque ē fil⁹ sicut ipse: qz vterq̄ ē dei fil⁹ ꝓ creationē: neuter ꝟo ꝓ grām cū vtriusq̄ finis sit creatura. Ad hoc dico dupl⁊. primo q̄ i ista parabola nō opz accipe silitudinē ꝟtus ad hoc q̄ sit aliq̄ creatura rōnalis seu

aliqua ꝑsona:q̄ seruiat deo in domo dei
& sit viliꝰ hoie filio ꝑ creationē:& pegre
ꝓfecto ꝑ pctm̄.sicut in domo hois est da
re mercenariū minorem filio cōtumaci.
Non em̄ est inuenire talē ꝑsonā qz sub
hoie pctōre immediate sunt bruta & ir-
rationabilia inmēta.Sz accipit similitu
do in hoc q̄ sicut ille filius hois cū pos-
set abūdare panibꝰ:comedebat siliquas
ita filiꝰ dei ꝑ creationē cū possit abūda-
re bonis operibus:conuersat in malis &
turpibꝰ.Dico scdo q̄ lz tā nō filius dei
ꝑ creationē ꝙ nō mercenariꝰ dei ꝑpter
puersam intentionē sint equales in na
tura:imo etiā ꝓcellat mercenarius q̄ ad
substantiā operū:tñ filius ꝑm suā natu-
rā & maxime ꝑm q̄ pōt habere gr̄am pa
tris mediāte eius auxilio:dignior ē mer
cenario inq̄tū est mercenariꝰ:qz vt sic
est pctōr.Dicit ergo.[Quāti mercenarij
in domo patris mei abūdant panibꝰ]
i.habēt desyderia sua vel faciunt bona
malo fine:qz seruiūt deo ꝑ tpalibꝰ:q̄deꝰ
ei largit̄.ego aūt q̄ habeo naturā liberā
& possum me ad deū patrē meū ei⁹ auxil
lio conuertere & habere desyderia mea
hic & i futuroscḋo:suz adeo demēs q̄ hic
fame pereo n ūcq̄ potēs meū satiare desy
deriū.Deinde ꝑm Aug.incipit de cōfes
sione peccatorū suorū cogitare quā post
modū factuꝰ est cū ōt.[Surgā]a pctōi
quo taceo.[& ibo ad patrē meū]a quolō
ge disto[& dicā ei].i.eius vicario.[Pa-
ter peccaui]recedendo a te:& dissipādo
bona que mihi dediſti[in celū & coz̄ā te]
q̄ ꝑm Aug.intelligit̄ vt sit idē peccare
in celū.i.ꝫ summitatē ꝑfis & peccare co
rā te.Uel vt idē dicit in celū.i.coz̄ā sctis
alabus:coz̄ā te ꝙ.i.in ipo penetrali cō
scientie.[Jā nō sum dignus vocari filiꝰ
tuus]qz ꝫtū i me ē mereor ꝓdidisse gra
tiā tuū cū te offendi:& mereor perdere
ipsaz naturā quā a te accepi.cū ea ma
le & incōtēptū tuū vsus sim. Nō sum di
gnus inquā vocari filiꝰ tuus.Primo qz
recedēdo te cōtristaui:ꝫ illud ꝓuer.x.fi
lius sapiēs letificat patrē.Scḋo qz .ꝓdi
ge viuēdo:ex̄ disciplinā fui:ꝫ illud heb.
xij.si estis extra disciplinā iā nō filij. Ter
tio qz peccādo seruū diaboli me feci.ꝫ
illud Ro.viꝰ. Qui spū dei agunt hi filij
dei sunt.Quarto qz pascēdo porcos de-
generauiꝫ illō Ro.ix. Nō q̄ filij dei hi fi
lij carnis.Quinto qz te cōtēnendo ingra-
tus apparuit iuxta illud Esa.i.Filios
enutriui & exaltaui:ipi aūt spreuer̄t me
[Fac me]ex tua pietate:qz ego nihil suz
vel mereor[sicut vnum de mercenarijs
tuis] Nō aūt ōtista q̄si nollet eē i gradu
filij habēdo gratiā dei si ō deꝰ vellet:ꝫ i
hoc oñdit q̄ ex se petōr hoc nō mereꝝ.Et
qz etiā sine deo adiunāte nō pōt facere
opa de gne bonorū:q̄bus est aliqua re-
tributio annexa:puta ipsa tpalia q̄ deꝰ
largit̄ iterdū ꝓpter talia & etiā ipsa ani
mi cōsolatio:q̄ ex talibꝰ ꝓuenit:nō rogat
vt eū pf̄ ponat in statu mercenarū.i.ad-
iuuet ad exercēdū opa bona.¶In hac
aūt ꝑte sunt multa documēta ꝫ th vnū
lkal'r tangit Greg.nazā.dicēs. Nunc au
tē filiū ꝓdigū spūsctūs nobis descripsit
vt instruamur qual'r debeamus cordis
deplorare peccamina.Hec ille.¶Quā-
tū ad scōm tāgit benigna miseratio:cū
ōt.[Et surgēs]ꝑ ptritionē[venit ad pa
trē suū].i.ad vicariū pfis sui.ſ.sacerdo-
tē:vt cōsitereꝝ.[Cū aūt adhuc lōge eēt]
qz.ſ.de tribꝰ partibꝰ pnie:q̄ sunt:ptritio
cordis:confessio oris:& satisfactio opis
nō habebat nisi vnā.ſ.cōtritionē:& sic ꝑ
desertū pnie nō fecerat iter nisi vna die
cū haberet facere ꝑ tres.iuxta illō Ero.
v.Eamus viā triū dierū i solitudinē[vi
dit illū pater suus]oculo mie.Chry.Sē
sit aūt pf̄ pniam nec expectauit recipe-
re ꝓfessionis ꝙba:sed ꝓueniit petitionē
misericorditer agens[& mia motus est.]
Cōfessionis em̄ meditatio placuit ei pa
trē vt obuiā ei iret & oscula collo ꝓfer-
ret.Hec ille.Sequit̄[& occurrēs cecidit
sup collū ei⁹:& osculat⁹ est eū]suscipien
do ad gr̄az suā.Est aūt sciēdū ad intelli
gētiā doctoꝝ q̄ sicut dicit.ſ.Tho.iij.di.
xvij.q.ij cōtritionē verā:& ꝓfectā remit
tit pctm̄:ita q̄ ptritꝰ iā nō est l pctō mor
tali.Dicit th ꝓfessio q̄ sequit̄ cōtritionez
remittere pctm̄ dupl'r.Uno mō vt est in
ꝓposito & volūtate. Mā q̄libz est ptritꝰ
ḧz ꝓpositū cōfitendi:q̄s si non haberet:
nō iustificareꝝ:neq̄ eēt vere ptritꝰ.Ꝫ pa
ergo cōfessio i ꝓposito habita iustificat.
Alio mō qz ꝓficit attritionē si nō ꝓsequt

impedimētū clauibꝰ.¶Ꝓ hoc nota q̄
cōtritꝰ est q̄ ꝓfecte dolet ita q̄ tantū sibi
displiceꝝ pctm̄:ꝫtū dz placere deo.i.sup
oīa:attritus ꝙ q̄ doler q̄dē sed nō ꝑfec-
te dolet:qz.ſ.nō sup oia odit pctm̄ ꝙuis
doleat de ꝓterito & velit cauere de fu-
turo.Ꝫste sic attritꝰ cū subiicit se clauibꝰ
ecclesie.de attrito fit vere ptritꝰ:ita q̄ il
le suus dolor si ipse nō impediat ponē-
do obicē spūi scō ꝑficit & attrito efficit
vera ptritio lz nō sentiaꝫ forte ista mu-
tatio. Ante ꝓfessionē ergo deꝰ mouetur
mia sup ptritō:qz ei pctā remittit:& am
plexaꝫ eū in filiū.Sil'r etiā sup attrito
mouet mia inquātū vult quantū in se ē
iustificare eum p claues: & osculaꝫ aliq̄
mō eū:nō q̄dē remittēdo pctm̄:qz adhuc
est in co:sed adiuuādo eū vt ꝓteraꝫ & cō
fiteaꝫ:& ꝓponēdo eū iustificare si se cla-
uibus ecclie sine ꝓdicto subiecerit:
& sic videnꝫ intelligēda ꝙba Ambr.dicē
tis. Occurrit igit̄ tibi qz audit te itra mē
tis secreta tractantē.Et cū adhuc longe
sis occurrit:neq̄s ipediat. Cōplectit̄ q̄z
in occursu:& q̄si quoddā amoris patrū
affectu supra collū cadit vt iacentē erī-
gat & oneratū pctis atq̄ in terrena de-
fixū reflectat ad celū. Hec ille[Dixitq̄
ei filius.Pater peccaui in celū & coz̄ā te.
& iam nō sum dignus vocari filiꝰ tuus].
Ecce ergo cōfessionē pctōrū.Sed quare
nō repetit fac me sicut vnū de mercena
rijs tuis.Qz vt dicit Aug.post oscula pa
trisiā generosissime dedignabaꝫ eē mer
cenarius[Dixit aūt pf̄ ad seruos suos]
Chry.Pf̄ aūt ad filiū sermonē nō diri-
git ꝫ ministris loquit̄:qz q̄ penitetoraꝫ
sed rīsum ꝙbo nō accipit:mia ꝙbo effica
citer in effectu intuit.Hec ille.Sunt au
tē isti ministri & serui ꝑm Theo.vel an-
geli vel sacerdotes:q̄ baptismate & doc-
trina aliam vestiūt ipso ꝙbo[Cito ꝓfer-
te stolā].i.vestē[primā].i.pulcrā & ele-
ctā iter oēs. Est aūt ista stola prima ꝑm
Theo.ꝙbs:ꝑm Aug de cōse.euā.dignī-
tas quā pdidit adā.ꝑm Amb.ꝙo ēt sapiē
tia diuinorū.Sz q̄uo pōt dignitas ade
pari penitenti:vt dicit Aug.Ad hoc di-
co q̄ datur ei imperfecte.i.quo ad gr̄am
gratū faciēte quā iustitia originalis in
duebat:sed in resurrectione dabit̄ ali
quid maius.[Et date annulū in manu
eius].i.fidē i operibꝰ ꝑm Bedā & Chry.
Fide em̄ fit ale despōsatio. Uel pignus
spūsc'i ꝑm Aug.pp gr̄e participationē
q̄ digito signaꝫ. Hec ille. Et itēdit Aug.
q̄ digit⁹ sit gr̄a:ꝫ annullus sit spūsctūs
quē p gr̄az habem⁹.[Et calciamēta i pe
des].i.exēpla sctōrū ꝓcedētiū:qbꝰ sine
offensa gradiaꝫ.Calciamēta em̄ ex mor
tuis fiūt sialibꝰ[Et adducite vitulū sa
ginatū].i.ipinguatū:& significat sacr̄m
eucharistie:in quo xp̄s cōtineꝫ:q̄ est vi-
tulus saginatus ꝓpter pinguedinē gr̄e
Uel ꝑm Chry.significat ipm xp̄m:q̄ fuit
immolatus & occisus nō a patre:sed ab
alijs nō eo iubente:sed ꝑmittēte. Hunc
ergo o vos angeli p inspirationē:& vos
sacerdotes p exhortatiuā admonitionē
adducite ad memoriā penitentis[& oc-
cidite].i.occisum ꝓdicate ꝑ pctis ei⁹[&
manducemus & epulemur].i.gaudea-
mus sit:ego q̄dē de recuperatione filij
ille vero de amicitia pfis & gr̄a mea[qz
hic filiꝰ meꝰ]ꝑ creationē[mortuus erat]
ꝑ pctm̄[& reuixit]ꝑ gr̄am[perierat]re-
cedēdo a deo[& inuentꝰ est]redeūdo.ad
illū[Et ceperūt oēs].ſ.deus & angeli &
petōr ꝓuersus[epulari].i.letari. Et in
hoc est documentū q̄ deus vult q̄tū in
se est oēs saluari:nō tñ vult cogere vo-
luntates:sed q̄s aliq̄s reuertit̄ ad eū:le-
tanter suscipit̄. Uñ ipse dicit Eze.xviij.
Nolo mortē pctōis:sed magis vt con-
uertaꝫ & viuat.¶Quantū ad tertiū tan
gitur stulta indiguatio quorūdā:vt po
te phariseorū:ꝫ quos ista dicunt:q̄ indi
gnabaꝫ cōtra xp̄m suscipientē alacri-
ter:& pie hoies pctōres:cū dz.[Erat aūt
filius eius senior].i.iustus(in agro).i.in
exercitio plantandi arbores spūales ꝑm
Titū.i.virtutes.Uel ꝑm Theo.erat in
agro.i.in mūdo.colens terram sui cor-
poris:vt ꝓducat fructū boni operis & se
minās in lachrymis:vt l gaudiometat.
(Et cū veniret & approꝓinq̄ret domui).i
ecclie.(audiuit symphoniā & chorꝰ).i.so
lēnitatē quā ecclia & scti angeli in cōspe
ctu dei faciūt ꝓ quersione pctōrū(Et vo
cauit vnū de seruis & iterrogauit q̄ b es-
sent).per istū aliquē possumꝰ intelligere
angelū:qz seruiunt nobis ꝓpter deū

choauit facta ē ḡſi q̄dā noua creatura ⁊ renouatio mūdi. Itē vt dicit: qz i hac die ichoabaḳ dies eternitaſ q̄ ē vna (maria magdalene) cū q̄ erāt ⁊ alie. ſz iſta vt fern ēcior noiaḳ (venit mane cū adhuc tenebre eſſent ad monumētū.) Sed ℨ qz dicit marc⁹ orto iã ſole. Ad ꝺ dicit. s. Tho. q̄ erat ortꝰ in ſuo ſigno: qz erat aurora. Qz eſſ auroza iter lucē ac tenebras medias: ℨz alīq̄d lumis ⁊ tenebraz. Jō tūc erāt tenebre: ⁊ tñ ſol erat ortus in ſuo ſigno. i. in exili luce auroze. (Et vidit lapidē ſublatū a monumēto.) Nihil ꝺt ꝺ angelo ſedēte ſup illo qz vł ipm nō vidit: ſz ſtatim viſo oſtio patēti retroceſſit. Vł q̄ veriꝰ eſt: vidit q̄dē ſz nō audiuit ℨba eiꝰ vel ſaltē nō accepit vt angelica ℨba: qz poſtea nō q̄ſtuiſſet vinētem cū mortuis. De his dctm̄ eſt. ſ. (cucurrit ḡ ⁊ vēit ad ſimonē petrū ⁊ ad aliū diſcipulū quem amabat Jeſus: ⁊ dicit eis. Tulerūt dñm de monumēto.) Nō dicit eū ſurrexiſſe qz nō crediderat: vel veriꝰ ex feſtina retrocceſſiōe nō audiuerat plene ãgelica ℨba angeli ſedētis ſup lapidē quē audierūt reliq̄ cū ea exiſtētes: ⁊ nō ſtatim retrocedētes (⁊ neſcimꝰ. ſ. nos mulieres. Vñ pz q̄ nō erat ſola (vbi poſuerūt eū. Exīt ḡ Petrꝰ ⁊ ille aliꝰ diſcipulꝰ ⁊ venerūt ad monumētū (cū maria magdalena ⁊ aliꝫ q̄ poſt eā ſtati retroceſſerūt. ℨz forte petrꝰ ⁊ Joānes obuiā eas habuerit. (Currebāt aūt duo ſīl. ⁊ ille aliꝰ diſcipulꝰ p̄currit citiꝰ Petro. ⁊ venit pmꝰ ad monumētū. Et cū ſe inclaniaſſet ad videndū p hūilimā potuſtā (vidit lintheamia poſita). i. depoſita de dorſo ⁊ corpe xp̄i. (non tñ introiuit) ſi carnerulā corpis xp̄i cōtentiuā. ℨz introierut ſpatiū clauſū ſine tecto. ⁊ pmā camerulā. (Venit ḡ ſimō petrus ſequēs eū ⁊ introiuit in monumētū. Et vidit lintheamina poſita: ⁊ ſudariū q̄ fuerat ſup caput eiꝰ: nō cū lintheaminib⁹ poſitū ſz ſepaꝛatī ſuolutū in vnū locū. Tūc ḡ introiuit ⁊ ille diſcipulꝰ q̄ venerat pmꝰ ad monumētū: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nondum ei ſciebāt ſcripturā qz oporteret eum a mortuis reſurgere. (Abierūt ḡ itez diſcipuli ad ſemetipſos). i. ad ſuas ḫitatiōes. Maria magdalena ibi remanēte vt. ſ. dicit. ē. Cetera ſīl'r patēt. (Sed tñ notā dū eſt q̄ diligēter euāgeliſta exp̄mit curſum petri ⁊ Joānis pp̄ myſteriū vt ꝺt s. Tho. Nā petrus antiquioꝛ gentilem populū ſignificat: ex quo deſcēdit iudas cuꝰ ſignificatꝰ p Joānē iuxta illō Geñ. xix. Egredere de terra tua ꝛc. Jſti ſimul currebāt ſub diuerſis legibꝰ. ſ. nature ⁊ moyſi decurſu huiꝰ inūdi. vel currebāt deſyderio felicitaſ ⁊ cognitiōis. Sz iudaicꝰ poꝛ currebat: qz priꝰ vidit ſyſtatē. ⁊ priꝰ venit ad monumētū p deſyderiū myſterioꝝ xp̄i. Et cū ſe iclinaſſet ſub iugo legis vidit lintheamina figuraliꝰ poſita: nō tñ introiuit qz in mortuōꝝ credere noluit. Petrꝰ ℨo eū ſequit ſenioꝛ. qz eccl'ia gentiū inſerēda erat eccl'ie deoꝝ: ⁊ intrauit credēdo: ⁊ vidit lintheamina q̄ ⁊ Joānes: qz figuras nō repudiauit ſed vlterius vidit ſudariū quod uerat ſup caput eiꝰ. i. credidit deitatē xp̄i. qz caput xp̄i deꝰ. ſ. Co. xi. q̄ diuinitas eſt inuoluta. i. occulta ⁊ ſepata ab oi creatura p excellentiā ſuā ⁊ in vno loco: q̄ nō habitat vbi eſt ſciſma mētiū vel ſciſſura Deide introiuit Joānes: q̄ literal'r propter reuerētiā reſeruauerat pmū igneſſuꝝ petro ſenioꝛi. Et hoc ē ſignū q̄ i hac mūdi etiā iudaicꝰ populꝰ cōuertet' in Chry. tñ ita diligēter iſta deſcribuntur vt nouerint iudei q̄ corpꝰ nō fuit ſublatū furtiꝫ. qz vtiq̄ raptoꝛes nō contraxiſſet moꝛā in ſpoliādo illud ſed feſtinaſſent. Amen.

☞ Dñica in octa paſche.

☞ Textus euan. Jo. ca. xx.

Cum eſſet ſero die illa vna ſabbatoꝝ: ⁊ foꝛes eſſent cluſe vbi erant diſcipuli cōgregati ꝓpter metū iudeoꝝ: venit Ieſus ⁊ ſtetit in medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis: Et cum hoc dixiſſet oſtēdit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſūt ergo diſcipuli viſo dño. Dicit ergo eis itez. Pax vobis. Sicut miſit me pr̄ ⁊ ego mitto vos. hec cū dixiſſet inſufflauit et dixit eis. Accipite ſpm̄ſctm̄ quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis: ⁊ quoꝝ retinueritis retenta ſunt.

Cum eſſet ſero die illa ꝛc. Jo. xx. In pñti euā. tanguntur tria pūcta: q̄ ſūt. Apparitio. Dubitatio: ⁊ liberatio. ¶ Quantū ad primū tagit' appariꝛe: q̄ xp̄s diſcipulis ſero appuit poſtq̄ Cleophas ⁊ ſociꝰ ex emaꝰ fuerāt regreſſi. Et qz hec appitio de q̄ hic Jo. loq̄t ē ea ē cū ea de q̄ p̄terita hebdomada feria. tertia egit Lu. iō tota pria ps pz ex dictꝫ excepꝫ paucis. Primū eſt q̄ xp̄s ianuis clauſis igreſſus ē. ¶ Circa hoc ḡ ſciēdū ē ex doctria. s. tho. i. q̄libz. q. x. ⁊. iij. ſniaꝝ di. xliij. q̄ iter ℨtuoꝝ dotes gl'oſi corpis vna ē ſubtilitas. a q̄ q̄dā dicūt corpꝰ gl'oſuz ℨ ꝺ h̄ eſſe ſimul eē poſſit cū alio corpe: ſ hoc vt ℨt ñ ē itelligibile: qz talis dos auferret a gl'oſo corpe id quo prohibet ei cū alio. i. dimēſiōes hoc ei phibēs ñō ē ℨitas. qz nō ē dare aliquā q̄ remota duo corpa ſimul eē poſſint. Neq̄ materia vł forma: qz gl'oſum corpꝰ nō eſſet integrū. ē ergo dimēſio cui priꝰ ⁊ p ſe appetit diſtinctio ſitual'. ⁊ eiꝰ diuiſio potētial' facit diſtictas ptes vniꝰ corpis: ſicut ⁊ actualis facit diſtincta corpa actu. Hz aūt gl'oſuz corpꝰ diuina ℨtute q̄ poſſit ſil'r eē cū alio. vt. ſ. duo corpa diſtincta ſm eē ſint i vno ſitu. Deꝰ eſſ q̄ cūq̄ agit p cās medias ꝓt ⁊ ſine eis facere ſicut efficere hoiem ſine maſculo ⁊ femia ſicut aūt pſeruat accidēs p ſubiectū: ita pſeruat ⁊ diſtinctionē i eē p materiā diſtictā ℨ ſitū. iō ſicut ꝓt ſine ſubiecto ſeruare accidēs ita ꝓt ſine diſtictiōe ſitꝰ pſeruare diſtictionē i eſſe. Sz ℨ iſtā doctrinā. s. tho. ar. qz deꝰ licet poſſit ſupplere vicē alteriꝰ cāe efficiētis ñ tñ cāe formal'; ñ ei poſſz albū facere ſine albedie. Sitꝰ ętℨ eē diſtictiōis cā formalis ⁊ nō effectiua. ad ꝺ aūt ꝺt q̄ duplex ē rep diſtictio. Una ſituaꝛ ſiue mathematica. ⁊ iſta ē formalis p ſitū ⁊ ſine eo eē nō ꝓt. Alia ē realis vel phyſica ſeu ſpectiua vñ ſuperficies duoꝝ celoꝝ imediatoꝝ q̄ mathematice ſūt vna qz i vno ſitu phyſice ſūt due: qz ſūt i diuerſis ſubiect'. ⁊ iſto mō diſtictio ipſi eē ē effectiue a ſitu. ñ ſicut a cā ℨz ſicut a cōcā. ꝓncipia ei ēntialia ſub ſitu efficiūt eē. Cuius iſta efficētia nō ſit ꝓpria ſed ſit poteꝰ ſeq̄la. ꝓpe aūt ipm eē efficit q̄ ꝓncipia eſſētialia ſub ſitu efficit. i. generās ſcom eſt qz ꝺz (Dicit ergo eis itez. Pax vob⁹) Sed. Jteratio ꝯfirmatio eſt: ſiue iō repetit: qz gemina ē ℨtus charitaſ. vel qz ipe eſt q̄ fecit vraq̄ vnū. Hec ille. vł dixit priꝰ: vt ſciāt ſe deo pacificatos p ſua vulnera vñ oñdit eis manꝰ ⁊ latus ſcōo replicauit ne timerēt pſecutiōes q̄ꝺ ad gl'iam vēnirēt: vt ipſe. vñ ſubdit. (Sicut miſit me pater ⁊ ego mit. v.). Gre. i. ea charitate vos diligo cū iter ſcādala pſecutoꝝ mitto qua me charitate pr̄ diligit quem venire ad tolerādas paſſiōes fecit. Hec ille. vel ſicut miſit me pr̄ ad ꝺdicādū et abſoluēdū ⁊ ego mitto vos vt doceatis ⁊ abſoluatis a petis miſteriali'. ſtiꝫ ⁊ ligꝫtū hō inſtr̄aliter ⁊ inchtū deꝰ autoꝛitatiue. Uñ ſubdit (Hec cū dixiſſet inſuf.) vt oſtēderet ſpm̄ſctm̄ a ſe ꝓcedere ſm aug. iij. de trini. Dicit aūt ma. hiſt. q̄ tribus vicibꝰ xp̄s ſpm̄ſctm̄ dedit. Prio ante mortē ad miracula faciēda ſeptuagita diſcipl'is. Scōo inter mortē ⁊ aſcēſionez ad remiſſionē pctōꝝ vt hic. Tertio ad robur vt in die pentecoſtes. Dicit autez Chry. q̄ q̄dā dicūt p iſtā inſufflationem diſcipl'os fuiſſe ꝓparatos ad ſuſcipiēdū ſpm̄ſctm̄: qz ſi angelū videns Daniel ceſſum mētis paſſus eſt: q̄d paſſi eſſent ſuſcipiētes illā ineffabilē gr̄am niſi ꝓmitus fuiſſent inſtructi. Et ſubdit q̄ nō ē pcm̄ dicere eos tūc ſuſcepiſſe quandaz ſpūal'; gr̄e ptātē: ad remittēda pcta. Sicut ei dicit. s. Tho. iij. p. q. lxiij. ſolꝰ deus opaꝛ ad effectū interiorē ſacramētoꝝ principal'r: xp̄s aūt inquātū hō vt inſtr̄m cōiunctū ⁊ principale: alij ℨo miniſtri vt inſtrumēta ſecūdaria. Jō ſubdit. (Quorū ⁊c.) ¶ Ja hac parte eſt morale documentū: de quo Greg. ait in homil. Libet itueri q̄ illi diſcipl'i ad tāta onerꝝ hūilitatis vocati: ad quātū culmē gl'ie ſunt ꝓducti. Ecce ñ ſolū ꝺ ſemetipſis ſecuri fūt ſz ⁊ ꝓncipatū ſupni iudicij ſortiūt'. vt vice dei q̄buſdā pcta retineāt q̄buſdā relaxēt. Hūc nūc i eccl'ia xp̄i locū tenētes ſolūedi atq̄ ligādi auctꝛtē ſuſcipiūt: q̄ gdū regimiꝫ ſortiūt'. Grādꝫ honoꝛ: ſz gue pōꝺ iſti ē honoꝛꝫ. Duꝛ q̄ppe ē vt q̄ ne ſcit tenēr moderamia vite fue: inde fiat aliene. Hec ille. Chry. Sacerdos eiꝝ ſi ꝓ

pria hñ dispẽsauerit vitã: alioq; ꝓo non cũ diligẽtia curã habuerit cũ pniciosis i gehẽnã vadit. Hec ille. ¶ Quãũ ad secũdũ tãgit dubitatio Tho. cũ dr. (Thomas aũt vn⁹ ex duodecim q̃ dr didym⁹) i. gemin⁹: vel dubi⁹ vt dictũ est fek. vſ. añ dñicã de passiõe (nõ erat cũ eis qñ venit ihesus) qz dicesserat auditis his q̃ dicebat Cleophas z soci⁹. Et hoc ſm Greg. de⁹ pmisit ꝓpt nos vt firmi⁹ credam⁹. Uñ ait. Egit miro mõ supna clemẽtia vt discipul⁹ dubitãs dũ in magſo suo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Pl⁹ eñ nobis Thome infidelitas ad fidẽ: q̃ fides credẽtiũ discipl'oꝝ. pfuit: qz dũ ille ad fidẽ palpãdo reducit: nra mẽs oĩ dubitatione post posita in fide solidat. Hec ille. Ex q̃bus ꝑz Gre. sens⁹ q̃ Thomas nõ solũ vidit sed etiã tetigit loca vulnerũ xpi. Dicit autẽ Chry. q̃ sicut quakrcũq; credere leuitatis est ita multũ inuestigare grossissime mẽtis ẽ: z talr fecit Thomas. Nã sequit (Dixerũt ergo ei alĩ discipuli. Uidimus dñm. Ille aũt nõ rãtũ illis decredens quã rẽ putãs impossibilẽ ſm Chr. (dixit eis. Nisi videro in manib⁹ eius figuras clauoꝝ ex quo vſ q̃ alĩ apli dixissent ei xpm resurrexisse cũ futuris: nõ solũ cũ cicatricib⁹: (z mittã digitũ meũ in locũ clauoꝝ: z mittã manũ meas in latꝰ eius non credã) Chry. Alĩs iste grossior extitẽs: eã q̃ est p sensum grossissimũ. s. tactũ q̃rebat fidẽ: et necꝫ oculis credebat. Hec ille. Uidet aũt in his ꝟbis Chry. in cõueniẽter illũ imputare: qz duoꝝ sensũ notitia certior est. Uñ et supra xps ad magis certificãdũ discipulos post visum iussit eos palpare. Ad hoc dici põt q̃ per tactũ certius cognoscit an aliq̃d cedat vel nõ. Jõ ad ꝓbandum an in xpi corpore ossa essent z caro: iussit dñs palpare discipulos. Sed Thomas p tactũ noluit hoc cognoscere: ſm vulnerũ figuras. Certi⁹ aũt p oculũ q̃ p tactũ cognoscit figura. Et lz sit maior certitudo saltem ertẽsime illã duplici sensu cognoscere: tñ signũ mẽtis obtuse est nõ credere figurã que percipit oculis. ¶ Est aũt in hac parte morale documentũ: vt q̃libet quãtũcunq; debilis multum cõfidat in deo. Nã de isto Tho. sic dicit Chry. (In firmior erat alijs iste z ifidelior ante xpi passionẽ: postea oib⁹ fortior fctus est ꝙ reprehẽsibilis q̃ solus orbem terrarũ percurrit et in medijs plebib⁹ volnebaſ volentibus eũ interficere. Hec ille. De hoc etiã apostolo rẽpondus nostris narrat mirãda ab Indis ad nos venientibus vt pote q̃ in festo eius mare prebeat siccuꝫ accessum ad eius eccl'iaꝫ: z q̃ sua manu corpus eius sacrã porrigat cõionem: et q̃ diebus passionis de quodã foramine crucis quã tenet manu ereat vitis: q̃ in die pasche fructuꝫ maturum habeat: et multa similia. ¶ Quantũ ad tertiũ tãgit liberatio q̃ xps illũ ab infidelitate liberauit: cũ dr. (Et post dies octo iterũ erãt discipuli eius int⁹) Tantũ autẽꝫ tardauit dñs ei apparere ſm Chry. vt interiꝫ ab alijs Tho. admonitus accenderet (z thomas cuꝫ eis) ꝓpter quẽ solum veniebat xps. Chry. Cõsidera dñi clemẽtiã: q̃libet z p vna alia ostendit seipm vulnera habẽtem: z accedit vt saluet vnũ. Hec ille: (Uenit Jesus ianuis clausis.) ¶ Notandũ est aũt q̃ venire videt importare progressionẽ sen motum organicũ. Duplex aũt est localis mot⁹. Unus organicus q̃ pars post partuꝫ mouet vt est motus q̃ aia in pñti statu mouet corpora. Nã primo mouet cor z p illud alia mẽbra. Alĩs est nõ organicus: quo. s. totũ corpus motũ simul mouet: vt cũ cadit lapis. Uterq; aũt motus inesse põt glorioso corpori. vt vidẽtur velle. Durand⁹ Scotus Petrus de palude z. s. Tho. de hoc vide capitulum in. iij. dist. vlt. (Et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis.) Et vt dicit Chry. volẽs q̃ cũ Tho. ad ꝓdiscipulos loq̃bat ipse dñs aderat: non expectauit vt ab eo interrogarek: ſz eisdẽ ꝟbis ei ipse operat. Uñ sequit (Deinde dicit Thome infert digitũ tuũ huc z vide manꝰ meas: z affer manũ tuã z mitte in latꝰ meũ) notandũ q̃ Tho. direrat se velle videre figuram clauorũ z mittere digitũ in loca clauorũ z mittere manũ in latus. Ad ista aũt tria inuitat eũ xps: lz nõ eodez ordine: vnde ly huc: non videt demonstrare latus ſz loca clauorũ. z nota q̃ xps in ſuo corpore nõ solum habuit vulnerũ cicatrices

(est signa: ſz etiã habuit aliquas aptus: als: Thomas per tactũ nihil fuisset certificatus. Et hoc innuit. s. Tho. vt pz ibi inspiciãtur dicta eius. iij. p. qõ. liij. art. iij. Et etiã hic innuit cũ dicitur in la ms meũ. Talis tñ aptura z cõtinuitatis solutio forte non fuit penetrans penes: sed per aliqualez humilitatẽ carnis in locis vulnerũ: z ita credo sed per spiritualẽ gloriã in predictis locis apparẽ tez recompẽſat ſm. s. Tho. ibidez. Et qz ibi dicit post resurrectionẽ non fuit illũ corpus immutatũ: nõ etiã nunc talia vulnera sunt in eo: z cause horũ habẽtur supra in die pasche. Sicut aũt dicit Aug. xxij. de ciui. dei. etiam in martyrũ corporibus erunt vulnerũ cicatrices: sed sine omni diminutione mẽbrorum. (Et noli esse incredulus sed fidelis.) Utrum vero Thomas xpm tetigerit aut non: ex euãgelio nõ habeꝫ. Sed tñ ſm. s. Thom. iij. parte vbi ꝟ. z. iij. di. xxj. z sanctum Leonẽ papã: z Theo. z Aug. tetigit: sed non propter se: qz ad visum credidit ſm. s. Tho. iij. vbi. ꝟ. ſz ꝓpter nos vt testis esset resurrectionis. Et cõtra hoc videt dicere Augu. q̃ credebat qz tangebat tñ intendit q̃ credebat deitatẽ qz tãgebat hominem cũ quo stat q̃ solo visu credidit hois resurrectionẽ. Rñdit Tho. et dicit ei. dñs meus z deus meꝰ. s. es tu. In q̃bus ꝟbis ſm Theo. duas naturas et vnã ꝓsonam expressit (Dixit ei iesus: qz vidisti me Tho. credidisti) Sciẽdum est aũt ſm Aug. z. s. Tho. ſ. q. lxvij. q̃ visus ratione sue ꝓfectionis ꝓ omni sensu ca pi cõsueuit. Sicut dicimus. Audi z vide q̃ bene sonet cithara z sic de alijs sensibus. Si ergo ad solum aspectum credidit: ly vidisti sumitur ꝓprie. Si vo ad tactũ: sumit large ꝓ tetigisti. ¶ Sed ꝓtra. Si vidit quom̃ credidit: cũ fides sit nõ apparentiũ: z Ad hoc dicit Greg. q̃ hoiez ꝺdẽ vidit ſz tñ deũ cõfessus est (Beati q̃ non viderunt z crediderũt) Greg. in ho. In qua sentẽtia nos ſpiritualiter signi ficati sumus q̃ eum quem carne non vidimus: mẽte retinem⁹: ſi tñ fidẽ nostram operibus seq̃mur. Ille etenim ve credit q̃ erercet operãdo q̃ credit. Hec ille. Sicut aũt dicit Aug. ꝟbo ꝓterriti temporis circa rem futurã vsus est ꝓpter rei incertitudinẽ. Sed cõtra: qz dicit. Lu. x. Beati oculi q̃ vident q̃ vos videtis. Ad hoc dicit. s. Tho. hic q̃ cũ duplex sit beatitudo. ſ. rei q̃ cõsistit in dono dei. i. in aliqua li premio z spei q̃ consistit in merito quã tum ad primã beati sunt q̃ videt xpm z quantũ ad scõm beati q̃ credũt nõ videntes. Hec ex illo qui intendit q̃ visio hũa nitatis etiam passibilis eẽt pars nostri premij accidẽtalis: z q̃ ceteris paribus est magis meritorium credere sine visu ꝙ cum visu. ¶ Sed cõtra hec obꝟcit Nico. de lyra: qz apostoli quibus xps dixit, Beati oculi ꝛc. nõ erant beati i re: ſz saltim qz erant beati in re participatione aliquali sui premij accidentalis: licet nõ essent pfecte beati. Possumus etiã aliter exponere: vtrũq; referendo ad meritum. Nã beati. i. beatiores q̃ non viderunt ceteris paribus: qz magis merenꝫ sed beati. i. beatiores q̃ vident: non quidem ceteris paribus: sed qz cõiter habuerũt fidem firmiorẽ Chry. Qz ꝟo ioannes pauciora alĩs euangelistis dixerat subiungit (multa q̃dẽ et alia signa fecit Jesus) ſcz post resurrectionẽ ſm Chry. iõq; subditur (in conspectu discipulorũ suorum) cum quibus. ſ. solis post resurrectionem cõuersatus est (q̃ non sunt scripta in libro hoc) Ut vero sciamus q̃ non discipulorũ tantũ gratia miracula faciebat: totã naturã humanã alloquẽs ſm Chry. dicit [Hec autẽ scripta sunt vt credatis qz Jesus est filius dei] Qz em̃ vna ꝙsona subsistit in diuina z in hũana natura dq; eodẽ vere dr q̃ filius est dei z vtrigitis. Lz em̃ Jesus dicat naturã hũanã sicut deus diuinã z xps vtrãq; qz tñ dr ꝺez in cõcreto: supponit ꝓ suppoſito diuino in quo talis natura subsistit. Et hoc qz care iesum in testẽ est iurare q̃ deũ. ¶ Et vt credẽtes] fide formata charitate] vitã eternã] q̃ sola simp'r est vita [habeatis in nole ei⁹] i. ꝓ ipm q̃ est vita. Et hoc est documentũ qđ in hac pte habet. Uidet aũt btus euãgelista aliqñ hoc suo libro finẽ iposuisse de ide ꝟo supaddidisse aliã manifestationẽ xpi factã ad mare tyberiadis. Et idem forte accidit de hystoria adultere mulieris de q̃ supra dcm ẽ. Nunc

Dñica.j.post octa.pasche.

Textus euāg. Jo.cap.

EGo sum pastor bon⁹. Bonus pastor animā suā dat p ouibus suis. Mercenarius aūt q̄ nō est pastor cuius nō sunt oues pprie: videt lupum venientē z dimittit oues z fugit. Et lup⁹ rapit z dispergit oues. Mercenari⁹ aūt fugit qz Mercenarius est: z nō ptinet ad eū de ouib⁹. Ego sum pastor bon⁹: et cognosco oues meas: z cognoscūt me mee. Sicut nouit me pr̄ z ego agnosco pr̄z et aiaz meā pono p ouib⁹ meis. Et alias oues hēo q̄ nō sūt ex hoc ouili: z illas opz me adducere z vocē meā audiēt. z fiet vnū ouile z vn⁹ pastor.

EGo sum pastor bonus ⁊c. Jo. x. In pñti euā. tangit ꝓparatio q̄ est inter verum pastorē z mercēnariū et interserunt q̄dam de lupo et ouib⁹: intelligit aūt p pastorē plat⁹: p mercenariū platus: p ouē subditus: p lupū diabol⁹ z q̄libet ei⁹ minister intēdēs malū ouib⁹: vt sunt heretici. ¶ Dr̄ ḡ. (Ego sum pastor bon⁹.) Sicut aūt dicit Chrys. dñs añ ista q̄dā magna ꝓmiserat i futurū vt puta felicē vitā. Jō ne aliqs decrederet hic agit de sua passione: vt sic discamus arguere. Si iste p nobis morit. z mortem suā pnūtiat: q̄re nō pōt aut nō volet futurā vitā pnūtiare z dare. Sz ḡ: qz bon⁹ pastor intrat p ostiū: vt ōt Jo. ipe ꝙ nō pt intrare p ostiū cū sit ostiū: vt idē dicit. Ad hoc dicit Augu. Sicut p se nouit patrez: nos aūt p illū. sic intrat i ouile p seipm z nos p ipm. Nos qz xpm pdicamus per ostiū intram⁹: xp̄s aūt seipsuz predicat. Lumē em̄ z alia demonstrat z seipsum. Hec ille. Et intēdit q̄ nō incōuenit spiritualiter q̄ vnus sit pastor principalis z ostiū. Nec tñ ostium cōuenit omnibus pastoribus bonis sed tantuz principali. ¶ Item cōtra: qz saluator se laudat: qđ z nō videt bñfactū in se: z etiā nobis est exemplū maluz: vt. s. nosipsos laudem⁹ z magnific emus. Ad hoc dr̄ q̄ null⁹ purus hō debet velle laudari a se vel ab alio. qz si cogitet vitā suam ꝓteritam hz dolendi z erubescēdi causam: si futurā timēdi. Nō sic aūt xp̄s: ideo vult a nobis laudari, ppter nos. Un̄ Aug. sup. ps. Laudari se vult deus vt tu pficias: n̄ō vt ille sublimet. Nō hoc a te amat q̄ illū augeat: sz qđ ō te ad illū pducat. Hec ille et sūt seipsum laudat ppter nos. Un̄ Gre. in moral. Deus q̄ nos ꝓhibet ne ꝓpria laudemur p scripturā sacrā laudes suas loq̄tur: nō qz ipse indiget q̄ pficere laudibus nesciat: sed dū suaz nobis magnitudinē narrat: nr̄am ad se imperitā sublenat. z bona sua laudādo nos edocet: q̄ oīno hō nō cognosceret si de se tacere voluisset. Laudes igit suas indicat vt valeamus eū audiētes cognoscere: cognoscētes amare: amātes seq̄: sequētes adipisci adipiscētes ꝙ ei⁹ visiōe pfrui. Hec ille (bonus pastor) aiaz: nō pecoruz [aiam suam]. i. vitā corporalē sm Aug. q̄ est ab aia [dat]. i. morte exponit [ꝓ oibus suis]. i. p spūali salute aiarū sibi cōmissarū. Semp em̄ p seruatione z recuperatiōe dignioris exhibēdū est vili⁹ et nunq̄ econuerso. Est aūt melior vita vni⁹ hois sp̄s vita mille pecudū imo oīm bestiarū: et melior spūalis salus vnius aie q̄ corporalis vita pastoris. Jdeo tenet̄ platus etiā sub pena pcti mortalis p spūali subditorū vita periculū mortis z mortē ipam si expedit sustinere. [Mercēnari⁹ aūt]. i. p mercede inseruiēs gregi. Nō ē aūt ppria sm Aug. merces vita eterna: cū illa sit hereditas sz res tpalis. Merces em̄ nō debet filio: sz oparioꝫ ducto Gre. in ho. Sunt nōnulli q̄ dū plus terrenaz substātiā q̄ oues diligūt: merito nomē pastoris pdūt. Nō em̄ pastor: sz mercēnarius vocat q̄ nō ꝓ amore eterno oues pascit. Hec ille. [Et q̄ nō est pastor] cuius. i. affectus nō est ad oues qz nō est dñs ouiū sed est oparius cuius nō sunt oues ꝓprie. Sz ex hoc vr̄ q̄ oēs boni plati ꝓter xp̄m sint mercēnarii. q z oues nō sunt eorū ꝓprie sz xp̄i: q̄ dixit petro Jo. xxi. Pasce oues meas. Ad hoc dico dupl̄r. Primo: q̄ silia nō opz esse in oibus silia. In corpalib⁹ ergo pastor. i. dñs ouiū z mer-

cari⁹ distinguunt ꝓ possidere et non possidere oues. Jn spūalib⁹ ño ꝓ amare et amare mercedē q̄ habet ꝓ ouitatis cū primo. Et qz illum plus q̄ ipsos diligūt: oia ppter ipsum diligūt q̄ ꝓtiū bonū iudicāt q̄quid illius in quo seipsos plus quā in seipsis diligunt (videt lupū venientē). i. diabolū z ministros ei⁹ sm Aug. de verbis dñi. Et recte dicit sup Jo. iste lupus videt venire z oues iugulare: cum videt adulte. rās z dmōi crimina suadere Scōm Gre. ño in homil. est quilibet iniustus op pressor. Un̄ ait. Lup⁹ sup oues venit cū quilibet iniustus z raptor fideles quosq̄ z humiles opprimit. Hec ille. (z dimittit oues z fugit) sm Aug. fugit dū nō audet pctā mulctare et vellere: excōicādo z punitēdo: ita q̄ sicut ipe amor vel cupiditas est spūalis ꝓgressio: ita timor vel est fuga. Sed z sm Greg. idē vr̄ esse vita fuga. vñ ait. fugit aute. qz dū sibi ab iniusto periculū metuit: resistere ei⁹ iustitie nō ꝓsumit. fugit aūt nō mutādo loci: sed subtrahēdo solatium. Hec ille. ¶ Jn hoc aute est documētū q̄ tpe necessitatis ꝓbant alioz q̄litates. Gre. in homil. Lup⁹ veniēs indicat quo ḡs alo su gregis custodiā stabat. Hec ille. [z lupus. i. diabol⁹ vel tyrān⁹ [rapit z dispergit oues] Diabol⁹ q̄dē rapit ad se aias p pcm: z eas dispgit p odia z inimicitias ꝙ iter illas seminat. Tyrānus ño rapit tpalia: z dispgit oues q̄s ꝓpr̄ijs bonis z propr̄ijs locis expulsas vagari cogit. [Mercēnari⁹ aūt fugit] z cā subdit [qz mercēnari⁹ ē] nō diligēs oues sz mercede Gre. Ac si dicat. Stare i periculo ouiū nō pōt q̄ in eo q̄ ouib⁹ ꝑest nō oues diligat sz lucrū terrenū q̄rit. Et tō opponere se ꝙ periculū trepidat ne ꝑ q̄s diligit amittat. Hec ille. Sz ḡ arguit. Nā apli vi pastores fuer̄ūt z tñ fugiebāt dicente dño. Cū vos psequent i ista ciuitate fugite i aliā. Mat. x. Ad hoc rñdet Aug. ad honoratū dicēs. q̄ aliq̄n etiā corpaliter fugere licitū ē. nō solū ex pdicta dñi sntia. sed etiā ex pliis sctōr̄ patrū. Nā btūs Athanasius z multi aliī sci fugerūt tyrānos Un̄ ex pdis ꝓbis dñi hui⁹ q̄nis veritas colligit. Nō em̄ vituperat simplr̄ pastor qz fugit: sz qz fugit: z dimittit oues i periculo. Si ergo sine ouiū periculo fugere posset nō esset fuga vituperāda. Si ergo solū pastorē ipetat lup⁹ fugere pōt. qz nullū periculū iminet ouib⁹ q̄bus p aliū ꝓuidet. z ipse se reservat ad ouiū vtilitatez q̄bus adest alo. Un̄ isto mō fugit Paul⁹ Act. ix. Si ño tot⁹ grex ipetat. z sunt ibi plures pastores seu plati sufficientes ad ouiū exhortationē z regimē pñt aliq̄ eoꝝ fugere. Si ño sit vn⁹ tantū ei nō sz fuga qz oues exponeret periculo. Notādū ē aūt q̄ is q̄ ꝑest male: aut caret recta fide. z sic est lup⁹. ois em̄ heretic⁹ ē minister diaboli aut caret iurisditiōe. z sic ē latro. Aut bona itētione. z sic est mercēnari⁹. q̄ intrat p ostium: z veritatē docet quam nō fecit: z cōseruat oues: ideo tolerandus est z sicut pastor amplectēdus: z fur abiciēdus. [Ego sum pastor bonus] Hoc aūt sm Chrys. dicit quasi concludens ex premissis. Nam duos malos pastores noiauerat. s. furē qui nō intrat p ostium: z venit vt furet z mactet z pdat. Et mercēnariū de quo dicit in pñti euāgelio q̄ imminēte periculo fugit. Ex primo aūt se distinxit dicēdo se venisse nō ad mactandū sz vt oues vitā habeāt. A scōo ño dicēdo q̄ aiam suā ponit ꝓ ouib⁹ suis. Jō necessario sc̄dz q̄ sit bon⁹ z ver⁹ pastor. Et qz bonus pastor oues diligit: z ex frequēti visitatiōe eas cognoscit. et ꝙr ab eis agnoscitur. ideo subdit. [Et cognosco oues meas: z cognoscūt me mee] ꝓpter sollicitā visitationē sm Theo. Uel sm Greg. in homi. cognosco. i. diligo. Un̄ ait. ac si apte dicat. Diligo oues meas: z ipse me diligētes obsequūt. Qui em̄ veritatē nō diligit: hāc ad hūc minime cognouit. Hec ille. Et loquit de cognatiōe affectiua qua spirat amor et sm quā ōt mitti fili⁹: aut venire ad mētes nostras. De hoc aūt habes a scōo Tho. j. di. xv. z xvj. Qđ ño dicit. z cognoscūt me mee intelligitur de ap̄lis z aliis qui tā eum sequebant. Uel loquit de futuro ꝓ modū ꝓteriti: ꝓpter rei certitudinē. Un̄ iō sic dicit. qz in ꝓrio erat vt cognosceret ab eis ¶ Notādū ät est q̄ oues xp̄i eo modo illum sequunt quo oues sunt. Si em̄ sunt

ones actu: actu seqūtur. Si ꝓdestinatione: ꝑdestinatiõe sequunt: nõ actu aliqñ. Nã etiã ecõuerso aliqñ sequuntur actu ⁊ nõ ꝑdestinatiõe q ad aliqõ futurũ ipſ: vt ꝓscite. (Sicut nouit) .i. amat ſm Grego. (me pater: ⁊ agnosco pfem) cui⁹ signũ est qõ subdit (⁊ aiam meã) ex ei⁹ amore (pono ꝓ ouib⁹ meis) Greg. in homil. Ac si aperte dicat. Ea charitate qua ꝓ ouib⁹ moriot quãtũ pfem diligã ostendo. Hec ille. Uñ ⁊ ſm Chry. paul⁹ volẽs se verũ esse pastorẽ ℨ pseudo apl̃os demõstrare: exẽplũ induxit a periculis ⁊ moribꝰ: qr vt ait Theo. seductores ꝓ ouib⁹ aliam nõ exponũt. Et nota q cumly sicut: aliqñ equalitatẽ: aliqñ similitudinẽ importet: hic stat primo mõ loquẽdo de xpõ quo ad diuinitatẽ et ſcõ mõ quo ad humanitatẽ. Hic aũt sic dubitat ⁊ dicit doctor angelicus. Cũ in xpõ sint tres substantie. ſ. verbi: aie: ⁊ corporis: q̄rit. qs hic loquit cũ ꝺr: alaz meã pono. Nõ em̃ loquit verbũ: qr nũq̄ fuit ab alia separatũ. Nec aia: qr nihil separatur a seipso. Nec corpus vel xp̃s q̄tum ad corpus qr corpꝰ nõ ℨ ptãt iterũ sumẽdi eã. Dicendũ est ergo q in morte alia illa fuit separata a carne: cũ xp̃s sit vere mortuꝰ: diuinitas autẽ nec ab alia nec a carne vnq̄ fuit separata. Et iõ corpus ℨtute diuinitatis aiam posuit ⁊ iterũ resumpſit. Hec ille virtualiter. Sz qr hec postilla nõ est tota ſancti Tho. ſz est tota vel ptim collecta ꝓ discipulũ ei⁹: possumus dicere q verbũ siue suppositũ eternũ est qõ loquit cui⁹. ſ. est agere ⁊ pati. Et verbũ aiam posuit. i. deposuit: nõ a se: ſz a corpe separãdo: permissiue ſaltẽ. Et hoc loq̃ndo de aia rõnali q̄ est ps hominis. Si em̃ loq̃mur de aia. i. vita q̄ est essentia viuẽtis. i. hũanitas. sic eã deposuit. i. ſepauit a se ad hũc ſensum: qr i triduo nõ fuit vnita ℨbo: qr nec fuit i rerũ natura i triduo mortis xp̃i: ſz erat corrupta ꝓ mortẽ. Et istemet ẽ ſensus. s. tho. ſ. q corpꝰ ℨtute diuinitatis. i. diuinitas q̄ erat i corpe hic loquit Gze. i homil. Qr ℨbo nõ solũ iudeã ſz ⁊ gẽtilitatẽ reduxere venerat subiugit (Et alias ones hẽo) i. gẽtiles ꝑdestinatos (q̄ nõ sũt ex hoc ouili (Sicut em̃ dicit Aug. de ℨbis dñi ꝓiꝰ dñs loq̃bat de ouili qõ est carnale genꝰ isrl ⁊ iõ dicit: ex hoc ouili (⁊ illas opz) ex suppositiõe non absolute (me adducere) ꝓ apl̃os meos ſm Aug. ad cognitionẽ ℨitatis ⁊ celestẽ ꝙuersationẽ. Et sicut dicit Chry. in hoc notat tã iudeos q̃ gentiles tũc fuisse dispersos (⁊ vocẽ meã audiet) i. vocẽ apl̃oꝝ in quib⁹ ego loquor quos illi audiẽt: eis assentiẽdo ꝓ fidẽ ⁊ obediẽdo ꝓ ꝙuersationẽ. (Et fiet vnũ ouile. i. vna eccl̃ia ex gẽtili ⁊ iudaico ꝓpꝰ propter vnũ baptiſmi signaculũ ſm Theo. (⁊ vnꝰ pastor). i. xp̃s imo vnꝰ vicariꝰ pastoris. i. papa. ¶ Ex his aũt oib⁹ ꝓz q in pñti euãg. fit mẽtio de q̃uor. ꝓpio deo ⁊ bono pastore. De q̃ ponunt tria signa ſ. ꝓ ouib⁹ pati ones cognoscere ⁊ ones ad ouile reducere. Huiꝰ officiũ est ones pascere ℨbo ⁊ exẽplo: ac tpali subsidio. Scõo fit mẽtio de mercẽnario: de q̃ etñ gerere ẽt tria signa ponũt. ſ. de ouib⁹ curã nõgerere lupo venięte fugere. lanã ⁊ tpalia q̃rere. Huiꝰ studiũ est mulgere ⁊ tõdere. Uñ ⁊ xp̃s ꝓpio pastori nũq̄ dixit tonde: ſz pasce. Semel aũt dixit et: occide. Act. x. ſz nõ loq̃bat de ouib⁹: ſ. de volatilib⁹ ⁊ reptilib⁹ ⁊ quadrupedib⁹ immundis ꝙ̃ significant superbi ⁊ auari ⁊ luxuriosi. Tertio fit mẽtio de lupo cuius ponunt tria signa. ſ. inuadere rapere ⁊ dispergere ones. Et⁹ aũt officiũ est illas occidere. ꝓpio decipiẽdo. De eo em̃ legit q humanas voces ⁊ canũ latrat emittat vt pastores ⁊ ones decipiat: ⁊ in hoc est figura diaboli. Scõo p impatiẽtiã frãgẽdo Legit em̃ de eo q contra vẽtum vadit: ne canes eiꝰ odorẽ percipiãt Et idẽ facit diabolꝰ dum hoiem in aduersitatib⁹ tãq̄ invẽtis: existẽtẽ: rẽtãdũ ꝓtribulãdũ inuadit. Tertio p spẽ vanã alliciẽdo. Nã legit de lupo q libẽter ludit. Uñ ⁊ ſi puerũ rapere possit cũ eo ludit: ſz tandẽ deuorat. Quarto de ouib⁹ de q̃b⁹ tria signa ponunt. ſ. pastorẽ cognoscere. ſ. cognitiõe. practica q̃ ẽ ꝓ opationẽ eiꝰ vocẽ audire ⁊ eũ seq̃ q̃ ola reducunt aliquo mõ in vnum. Hꝫ officium est simplicitatẽ habere in aspectu in affectu ⁊ actu lupũ fugere: vtilitatẽ afferre sobrie ⁊ mãsuete viuere.

℣ Dñica. ij. post octa. Pache.

Textꝰ euã.

℣ Textus euã. Jo. c. xvi.

Modicũ ⁊ iã nõ videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me qr vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis ei⁹ ad inuicẽ. ¶ Quid hoc est qõ dicit nobis modicũ ⁊ nõ videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me: ⁊ qr vado ad patrẽ. Dicebãt ergo. Quid est hoc quod dicit modicũ nescimus quid loquitur. Cognouit aũt Jesus qr volebant eũ interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos: qr dixi modicũ ⁊ non videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me. Amen amẽ dico vobis q: plorabitis ⁊ flebitis vos: mũdus autẽ gaudebit: vos autẽ cõtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit tristitiam hz: qr venit hora eius. Cum autem peperit puerũ: iã nõ meminit pressure ꝓpter gaudiũ qr natus est hõ in mũdũ. Et vos igitur nũc quidẽ tristitiã habetis. Jterũ aũt videbo vos: ⁊ gaudebit cor vestrũ. Et gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis.

Modicũ ⁊ iã nõ videbitis me.) Jo. xvi. In pñti euã. tangũtur tria pũcta q̃ sunt. Dubitatio. Dissolutio. ⁊ cõsolatio. ¶ Quãtũ ad pmũ tãgit q̃dã dubitatio quã discipuli xp̃i in ei⁹ verbo habuerũt. Chry. quia sciẽdũ est q ea de q̃b⁹ hic est sermo eo sero ꝓtigerũt in quo capt⁹ est dñs. Qr ergo discipulos de sua absentia ⁊ recessu tristes aliquãtulũ relenaret ꝓmittẽdo eis aduẽtũ spũsancti te rũ incipit de tristib⁹ loq̃. Chry. Hoc aũt facit vt assuefaciat eos per tristiũ auditionẽ dñ ferre suã separationẽ. Eã em̃ q̃ dolet aliam ⁊ a tristitia multa detinetur nihil ita cõsueuit quietare vt q̃ tristitiã pariunt verba reuoluta cõtinue. Hec ille. Dicitur ergo [Modicũ ⁊ iã nõ videbitis me ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me.] Scõm Aug. aũt ꝓ primũ modicũ intelligit tps ab illa hora i qua loquebat vsq̃ ad passionẽ ꝙ quã eorũ aspectib⁹ subtractus est. Per scõm ℨbo modicũ intelligit tps ab hora mortis vsq̃ ad horã resurrectiõis: que oculis eoꝝ reddũ⁹ est: ſm Chry. aũt ⁊ Alchui. ꝓ primũ modicũ intelligit tps ab hora passiõis vsq̃ ad horã resurrectiõis in quo illũ nõ viderũt. Per scõm ℨbo: tps ab hora resurrectiõis vsq̃ ad horã ascẽsionis in quo eis apparuit loquẽs ⁊ de regno dei ⁊ postea illũ nõ viderunt nisi ex gra spũli: iõ subdit [qr vado ad pfem ſm hũanitatẽ. ſ. quã assũpſi: ascẽsurꝰ i celũ. Uel qr vado ꝓ morte ſm mẽtẽ Aug. vt videt. Hec aũt verba ſm Aug. obscura erãt discipulis ante q̃ id qõ dicit esset impletũ. Uñ sequit [Dixerunt ergo ex discipulis eiꝰ adinuicẽ] qr xp̃m ex reuerẽtia interrogare nõ sat⁊ cito audebãt. [Quid est hoc qõ ꝺt nobis. Modicũ ⁊ nõ videbitis me: ⁊ iterũ modicũ: ⁊ videbitis me: ⁊ qr vado ad pfem: Dicebãt ergo. Quid est hoc qõ ꝺt modicũ] de hoc ei forte pluſq̃ de alĩs verbis dubitabãt iõ ⁊ plꝰ repetebãt [Nescimꝰ q̃d loquit. Ista est bonarũ mẽtiũ dispositio: q̃ cũ autores autẽticos ꝓpiue diuinas ſcripturas nõ intelligũt: id siue ignorãtie: ⁊ nõ illorũ falsitati ascribũt. Causa aũt dubitãdi ſm Chry. ſ. duplex erat. Prima ipa tristitia q̃rãt oppressi: que mẽtes discipl̃oꝝ ab his q̃ dicebant amouebat. Scõa ipe ꝓtextꝰ verboꝝ xp̃i: q̃ videbant oppositũ iplicare. ſ. videbitis ⁊ vado vel ſm alios qr dicebat: videbitis et nõ videbitis. Est ⁊ tertia cã: qr ignorabãt an parabolice vt cõsueuerat loq̃rek. ¶ In hac pte est documentũ morale q̃ q̃ vult afflictũ vehement. circa aliq̃d ꝓsolari nõ ꝺz ei statiz ⁊ ℨ̃ ex abrupto delectis loq̃ qr afflictũ delectãt tristes tãq̃ ei ꝓformia dũ est in tali statu: vt ꝺt Chry. Uñ ⁊ dicit. s. Tho. sup Jo. q ꝙ̃ vult aliquẽ ꝓsolari ꝺz oñdere se ei cõpati: ⁊ talis ꝓpassio: vt ait aileuiat vel qr afflictꝰ existimat q̃ſi aliꝰ secũ onꝰ aduersitatis ferre: vl qr ei incũdũ ẽ experiri amicitiã cõpatientis. Ro. xij. Flere cũ flentibus. ¶ Quãtũ ad scõm tãgit qũo xp̃s dissoluit eoꝝ dubitationẽ: cuꝫ ꝺr.] Cognouit aũt Jesus qr volebãt eũ ſterrogare] iõ

tãq; benignꝰ ⁊ clemẽs statim sine ītero-
gatiõe loquit: ⁊vt se eoꝝ secreta scire de
mõstraret. Uñ sequitur (Et dixit eis. De
hoc q̃ritis iter vos: qz dixi vobis: modi
cũ ⁊ nõ videbitis me ⁊ iterũ modicũ et
videbitis me) ꝑht aũt hec legi interroga
tiue: vt xp̃s nõ ex ignoratia interrogaue
rit: ſz vt introduceret ꝑbã q̃ dicturꝰ erat
Põt etiã legi plane sine interrogatiõe:
quali xp̃s voluerit dicere se id scire qõ il
li loq̃bant. [Amẽ amẽ]. i. vere: et gemi-
nat ad maiorẽ certitudinẽ [dico vobis]
Sed nunq̃d sic loq; est iurare? Dicendũ
est q; nõ: qz non inuocat deꝰ testis: imo
quicũq; loquit implicite: etiam vtꝫ isto
mõ loq̃ndi: qz vt dialectici ꝑbãt eis ꝓ
positio mũdi significat se esse verã: siue
sit affirmatiua siue negatiua. Jõ idẽ est
dicere sol eclipsat ⁊ solẽ eclipsari est ve-
rũ: dum vero ór. In veritate dico vobis
erit iuramẽtũ vel nõ erit: ex intẽtiõe lo-
quẽtis: q̃ si intẽdat deũ q̃ fol simplr est
ỹitas testẽ inuocare: erit iuramẽtũ: vt
sit idẽ dicere in veritate qõ ꝑ veritatez
seu ꝑ deũ. Si ño sit idẽ dicere in verita-
te qõ dicere ſm veritatẽ: sumẽdo illã in
cõi ⁊ non ꝑ prima: nõ erit iuramẽtũ cũ
sit idẽ: q; dicere vere dico. Uñ ⁊ saluator
aliq̃n sic locutꝰ legit in Luc. iiij. q̃ tñ con
sulit vt sermo nr̃ sit est est: nõ nõ: vt ꝓz
Mat. v. nec tñ in substãtia plꝰ est dicere
Amẽ amen dico vobis. sed plus est solũ
ſm explicationẽ (qz plorabit ⁊ flebitis)
de morte ⁊ passione mea: [vos q; me di-
ligitis.] Et in b̃ exponit eis illud primũ
modicũ: ac si dicat. Illõ modicũ post qõ
nõ videbitis me: est tꝑs durãs vsq; ad
pũctũ i q̃ de morte mea plorabit; [Mũ
dus aũt]. i. holes mũdani ſm Aug. siue
xp̃i inimici [gaudebit] flẽtib; apostolis
iudei leti xp̃m flagellis cedebant ⁊ affi-
gebãt cruci: ⁊ affixo ipꝛoperabãt ⁊ illu-
debãt. ¶ Est aũt i hac parte mozale do-
cumẽtũ de q̃ ait Alchui. Sz ⁊ cũctis fide
libus cõuenit hic sermo dñi per lachrymas pẽsuraſq; pẽsentes q̃ ad gaudia eter
na cõtẽdunt. Flentib; aũt istis mũdus
gaudet qz in pñtib; delectanꝫ: alterius
vite nulla gaudia spectantes. Hec ille.
¶ Quantũ ad tertiũ ponitur discipulo-
rũ ꝓsolatio verbo ⁊ exẽplo. Uerbo qui-
dẽ cum dicitur (Uos autem contristabi
mini: sed tristitia vestra vertet in gau-
dium). q. d. Sicut vobis flẽtibus illi gau
debũt: ita ecõuerso: qz vos i mea resur-
rectione ⁊ in futura gloria letabimini.
Illi vero in mea resurrectione dolebũt
⁊ in penis infernalib; cruciabũt. Exem
plo aũt qũo: ſm Chrỹ. ostẽditur q; die-
nis ⁊ finita tristitia ad infinitam letitiã
terminaꝫ dum subdit (Mulier dũ parit
tristitiã hz: qz venit hora ei;) sz ad do-
lẽdũ (Cũ autem peperit puerũ) qõ gra-
tus esse solet q̃ femellã parere ſm Au
gu. Et hoc ꝓpter duo. ſm. s. Tho. super
Job. j. qz pfectiꝰ est ⁊ desyderabiliꝰ. Est
aũt masculinꝰ sexꝰ pfectior femineo: scõ
qz in rebꝰ gerẽdis magis filũ q̃ filie cõ-
sueuerũt esse in adiutoriũ (Jã nõ memi
nit ꝓ pressure ꝓpt gaudiũ qz natꝰ est hõ
in mundũ) Aug. Jsta aũt similitudo ad
intelligẽdũ nõ videt esse difficilis: qm
cõparatio ei; in pñti ptu est eodẽ tꝑo ex
ponẽte cur dicta sit. Hec ille. Nã sequit
(Et vos igitur nũc qdẽ tristitiã habe-
tis iterũ aũt videbo vos) in die mee re
surrectiõis ſm Chrỹ. vel ſz Aug. in die
vestre mortis. Et hic exponit scõm mo
dicũ diuersimode ſm diuersos modos
intelligẽdi illud (Et gaudebit cor vr̃m:
⁊ gaudiũ vr̃m nemo tollet a vobis) qz il
lud gaudiũ ſm Aug. erit xp̃s: qõ obiec-
tiue ⁊ nõ subiectiue intelligẽdum est.
Jstud aũt gaudiũ post suã resurrectio-
nẽ fuit immortale: ⁊ cõsequẽter ꝑ mor-
tẽ iã nõ poterat auferri: ⁊ multo min⁹
vbi nõ solũ tꝑe: ſz discipuli sunt imor
tales vt in gl̃ia. Gaudiũ ño nr̃m subiec-
tiue est delectatio de visione xp̃i ⁊ nr̃a
felicitas subiectiue est ipsa contẽplatio
quã circa xp̃m deũ ⁊ hoim habituri su-
mus. Dicit aũt ista cõtẽplatio fructꝰ ad
quẽ ꝑ labores volumꝰ puenire Augu.
Ad fructũ cõtẽplationis cuncta officia
referuntur actionis. Ad hoc em̃ referr̃
q̃cq̃ bene agit. Jbi est finis qui sufficit
nobis. Eternꝰ igit̃ erit. Nec; em̃ finis
nobis sufficit nisi cuius nullus est finis
De hoc itaq; qõ; sufficit nobis rectissi-
me audim⁹: gaudiũ vestrũ nemo tollet
a vobis. Hec ille.

¶ Dñica. iij. post octa. ꝑasche.

¶ Tertus euã. Jo. c. xvj.

Vado ad eũ qui misit me
⁊ nemo ex vobis interro
gat me quo vadis. Sed
qz hec locutꝰ sum vobis
tristitia impleuit cor vestrũ. Sed
ego veritatẽ dico vobis: expedit
vobis vt ego vadã. Si em̃ nõ abie
ro paracletꝰ nõ veniet ad vos. Si
aũt abiero mittã eũ ad vos. Et cũ
venerit ille. arguet mũdũ de pctõ
⁊ de iustitia: ⁊ de iudicio. De pctõ
quidẽ qz nõ crediderunt in me. De
iustitia vero: qz ad patrem vado ⁊
amodm non videbitis me. De iudi-
cio autem: quia princeps hui⁹ mũ
di iam iudicatus est. Adhuc mul-
ta habeo vobis dicere: sed nõ pote
stis portare mõ. Cũ aũt venerit il-
le spiritus veritatis docebit vos
oẽm veritatẽ. Nõ em̃ loquet a se
metipso sed quecũq; audiet loque
tur: ⁊ que vẽtura sunt annũtiabit
vobis. Ille me clarificabit: qz de
meo accipiet: ⁊ annũtiabit vobis.

Vado ad eũ qui me misit ⁊c.
Jo. xvj. Jn pñti euã. tãgun
tur tria pũcta: q̃ sunt. Pro-
fectio. Redargutio ⁊ Sup-
pletio. ¶ Quãtũ ad primũ
tangit protectio q̃ xp̃s ad celos se. pñci
pelle dicit: Ubi aduertendũ est q; ea q̃
dicit recitãt xp̃s dicit ea nocte q̃ capt⁹ è ⁊
paulo añ dixerat discipulis: ab hĩc syna
gogis facẽt vos: ⁊ ex hoc ⁊ ex ei; recessu
ua erãt dejecti q; nihil eũ interrogabãt
ampli⁹. Jõ ſm Chrỹ. dñs discipulos de
tanta tristitia vult eos increpare: ⁊ de
aduẽtu spũssti ꝓsolari di. [Uado] per
mortẽ (ad eũ q̃ misit me) i. ad deũ: Uidet
em̃ loqui de se in gñti hõ [⁊ nemo ex vo
bis interrogat me q̃ vadis] ⁊ cã nõ inter
rogandi subdit [ſz qz hec locutꝰ sum vo-
bis tristitia] nimia ⁊ superabũdãs [im
pleuit cor vr̃m] Uel ſm Augu. qz supra
dixerat se velle ire: et illi interrogaue-
rãt quo: ⁊ ip̃e dixerat se iturũz quo ipsi
nũc ire nõ poterãt: nũc ita se ꝓmittit itu
rũ vt nullꝰ interroget quo vadat: qz. s.
ita patẽter ꝑ ascẽsionẽ volebat cõcẽde
re vt opꝰ nõ esset quo iret interrogare.
Et cum Aug. sentit Be. Dicit ergo [Va
do]. i. post paucos dies ibo (et nemo ex
vobis interrogat). i. interrogabit (q̃ vadis.
Sed qz hec locutus sum vobis tristitia
impleuit cor vr̃m) Aug. Cõtristabatur
humanꝰ affectus: qz carnalis desolabat
aspectus. Hec ille. (Sz ego veritatẽ di-
co vobis expedit vobis vt ego vadam)
Chrỹ. q. d. Si milies cõtristemini opoꝛ
tet vos audire qz meũ recedere vobis
cõfert. Hec ille Aug. Expedit vobis: vt
hec forma serui auferat a vobis nolovt
semper me carnaliter diligatis ⁊ isto lacte
cõtẽti: semp infantes esse cupiatis. Hec
ille. (Si em̃ nõ abiero paracletus). i. cõ
solatoꝛ (nõ veniet ad vos) qz. ſ. non erit
tis idonei recipere illũ. Aug. Si tenera
alimenta quibus vos alui non subtra-
xero solidũ cibum non esurietis. Sic car
naliter esurietis: capaces spiritus non
eritis. Hec ille. (Si aũt abiero mittam
eũ ad vos). i. ſm Chrỹ. faciam vos ido-
neos ad ei; susceptionẽ. Aug. hoc ẽ. Nõ
potestis cape spẽm nisi ſm carnẽ nosse
desistatis xp̃z. Hec ille. Nõ ergo xp̃s exi
stẽs in terra iõ nõ mittebat spũm̃sctm̃ qz
nõ posset ſm Aug. in. j. de tri. sed qz illi
dispositi nõ erãt. Qũo aũt vna diuina
ꝑsona posset mittere alia vide. j. di. xv. ⁊
xvj. ¶ Est autẽ in hac pte mozale docu-
mẽtũ q; si volumꝰ diuina dona a deo re
cipe nosip̃os studeamꝰ illo dãte ꝑpara
re. Nã sicut ór Aug. q̃ fecit te sine te. nõ
saluabit te sine te. Hec ille. Et itelligе si
ne te ꝓsentiẽte hz saluet te sine te saluã-
te. ¶ Quãtũ ad scõm tangit redargutio
quã spũssctus factusꝰ erat. cũ ór. Et cuz
venerit ille. hz em̃ filiꝰ eũ mittat tñ ip̃e
ór venire. Tũ qz spõ tevult mitti. Tũ qz
ẽt ip̃e seip̃z mittit q̃ ad cãre nouũ effectũ
i creatura ñ ãtq; ad eẽ a se. qz nihil ẽ sibi
ipsi ꝓncipiũ essendi. De b̃ vió vbi. s. (ar
guet mũdũ) ꝑ vosip̃os vt ór Aug. in q̃tũ
. s. diffundet amoꝛẽ ivr̃is coꝛdib⁹: ⁊ fuga
nit timoꝛẽ loq̃ndi ꝑ veritatẽ. Nõ aũt vt idẽ
ór b̃ sic ẽ itelligẽdũ. q̃si xp̃s ñ arguerit mũ
dũ: sed gẽtẽ tñ iudaicã: ⁊ spũssctus totã

mūdū p apl̄os:qz in vocibus apl̄oꝝ reſonabat xp̄s.Oēs ḡ q̄s arguit ſpūſſctūs: arguit etiā xp̄s (de pctō infidelitatis (et iuſtitia) ipſi⁹ xp̄i quā mūdus nō accepta
6 uit (z de iudicio) ipſi⁹ mūdi principis.i. diaboli. Uñ exponēdo ſubiūgit. (De pec cato q̄dē qz nō crediderūt) hoies mūdani (in me) ſperādo.ſ.z diligendo: ſine his eſſ. ꝓprie null⁹ credit in xp̄z ſm aug. de ꝥbis dñi.a⁹s demones crederent i xp̄m aug. Hoc eſſ. pctm quaſi ſolū p ceteris poſuit:qz hoc manēte cetera detinent.z hoc diſcedēte cetera dimittunt. De iuſtitia ꝥo:qz ad patrē vado gl̄iosus i aia et corpe pp humilitatē z obediētiā z charitatē:) z alias virtutes (z tā nō videbitis me) mortalē:ſz ſempiternū ſm aug. Jſta ꝥo iuſtitia de qua mund⁹ arguit ſm Augu. ſup Jo. eſt iuſtitia fideliū credētiū in eū quē nō vidēt. Ex hoc eſſ. arguunt dicere ꝓſueti. Quō credem⁹ i eū quē nō videm⁹? ſm Chry. ꝥo z Aug. de ꝥbis dñi eſt iuſtitia ipſi⁹ xp̄i: q̄ ex hoc iuſt⁹ appuit q̄ ad deū aſcēdit gl̄iosus. (De iudicio ūt qz p̄nceps huj⁹ mūdi).i. diabol⁹ ſm Augu. de verbis dñi. q̄ eſt iniquoꝝ p̄nceps (tā iudicatus eſt) id eſt ſecundū Auguſti. de verbis dñi. eſt foras miſſus exta hoīm corda q̄ quaſi exponēs. ſ. Tho. dicit q̄ p gr̄am z fidē xp̄i expulſus eſt diabolus a fideliū cordib⁹ vt iam nō tentet interi⁹ ſicut añ. ſz ſolū exteri⁹ p excitationē. Hec ille. Q̄ qua⁹ intelligēdū ſit vide ſupra feria.iiij.p⁹ palmas. Et de hoc mūdus arguit vt null⁹ poſſit de eo conqueri ſi in xp̄m nō credat. qz eū z viri et femine z ſenes z pueri vincere p̄ſt. Uel ſm eundē ſup Joā. iudicat⁹ eſt ignibus eternis z de hoc arguitur mūdus. nec eū illo dāneꝝ quē imitaꝝ. ¶ Eſt autē in hac parte documētū de q̄ Aug. ait ſup Joā. Credant itaq̄ hoies in xp̄m ne arguant de pctō infidelitatis ſue q̄ pctā oia detinētur. Tranſeant in numerū fideliū ne arguant de iuſtitia illoꝝ quos iuſtificatos nō imitantur. Caueant futurum iudiciū ne cum mundi p̄ncipe iudicent quem iudicatum imitantur. Hec ille.
3 ¶ Quārū ad tertiū tāgit ſuppletio quā ſpūſſctūs aduenies debebat facere p xp̄o:cū ꝺz. (Adhuc multa habeo vobis dicere ſed non poteſtis portare modo id eſt nō eſtis capaces. Querere autē q̄ ſint iſta multa q̄ portare nō poterāt ſm Aug. ſtultū eſt. qz multominus nos poſſum⁹ illa portare: hoc tñ q̄ dicꝺz. vt id aut diuerſi hereticiaſſumunt ad ſui erroris velamētū: dū his q̄ ſibi adhereē i occulto q̄dā dicunt turpiſſima q̄ nō audēt publicare: q̄ſi hec ipa ſint: q̄ tūc diſcipuli portare nō poterāt: z ea docuerit ſpūſ ſcūs. Nō eſt ergo intelligendū q̄ſi alīq̄ ſecreta fidei taceaṁ fidelib⁹ paruulis: q̄ ſint dicēda maioribꝰ ſeoꝝſum: qz ob⁹ xp̄i fidelib⁹ oia que ſunt fidei ꝓpponunt. iuxta illud Matt. x. Quod in aure auditis in cubiculis: p̄dicabit in tectis. Sz al⁹ rudibus atq̄ al⁹ peritis ſunt ꝓponenda: ſicut my ſteriū incarnationis nō eſt ꝓponendū rudibus quo ad ſublimitates ei⁹: qz cum intelligere non poſſent ſcādalizarent. Oia ergo q̄ erāt fidei eis dñs ꝓpoſuit ſed nō illo mō q̄ poſt eis reuelauit maxime in p̄ſis. Jſta ergo ſūq̄ portare nō poterāt. ſ. plena notitia diuinorū: puta eq̄litas diuinarū p̄ſonarū et hmōi. Uñ z apl̄s audiuit arcana ꝺba q̄ nō lz hoi loqui. ſ. Cor. xj. que nō erant de alia veritate fidei: ſz de eadē altiori mō. Itē ſpūalis intellectus ſcripturarū quez tūc nō habebāt: ſed habuerūt qñ apperuit illis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas. Lu. vl. Itē paſſionis z picula q̄ paſſuri erant. q̄ tūc tanq̄ imbecilles portare. i. equo alo audire non poterant. (Cū aūt venerit ille ſpūs veritatis). i. docens ꝥitatē ad differentiam diaboli (docebit vos oēm veritatē) neceſſariā ad ſalutē: ꝓ vobis z ꝓ alīs edocendis. Sed qz vt dicit Didymus: aliq̄s poſſet ꝰ exiſtimare. hunc ſpm̄ filio eſſe maiorem: eo q̄ ſupleat doctrinā filij: ideo ſubdit (Nō eſſ. loquet⁹ a ſemetipſo). i. ſm Aug. z Didymū nō tradet doctrinā quam a ſe habet ſed quā ab eo a quo habet eſſentiam q̄ in eo idem eſt cum ſcientia (ſed quecūq̄ audiat). ſ. a patre z filio a quo eſt (loquetur.) Accipit autem hic audire ꝓ accipere: qz ſpiritusſanctus oia q̄ hz accepit a patre z filio. Nec tñ patre vel filio credēdus eſt minor: qz totū q̄ hz pater z filius cōicant ei. Non autem debet ſm Augu.

dicis? Nūc ſcimus qz ſcis oia: et nō opus eſt tibi: vt quis te interroget.. In hoc credim⁹: quia a deo exiſti

Amen amen dico vobis ſiq̄d petieritis z.) Jo. xvj. Circa preſens euangeliū ſciendū eſt q̄ ſicut ex eo colligit diſcipuli xp̄i quedā ſcire deſyderabāt de q̄b⁹ xp̄s eos edocuit abſq̄ hoc q̄ illū interrogarent. Hoc eſſ. ptz ex eo q̄ in fine euāgelij poſtq̄ eos de multis docuerat: dixerūt. Nunc ſcim⁹ qz ſcis oia: z nō eſt op⁹ tibi vt q̄s te interroget. Unde ſatis ꝓbabiliter dici pōt q̄ deſyderabāt ſcire tria p̄cta. Primū vtrum deus eos faciliter exaudiret. Secundū vtrum eos deus amaret. Tertiū: vtrum xp̄s ad p̄rem haberet redire ſicut exierat ab eo. De his autem oibus xp̄s eos edocuit. ¶ Quantū ad primū ſciendum eſt q̄ ea q̄ dicuntur in p̄ſenti euangelio dicta ſunt ea nocte qua traditus eſt dñs z fere ſtatim poſtea que dicta ſunt i euāgelio q̄ō p̄eceſſit immediate ante p̄cedēs: ideo a fine illius inchoanda nūc eſt expoſitio. Poſtq̄ ergo dixerat: iterum etiam videbo vos z.) ſubiunxit. (Jn illo die). ſ. q̄ñ iterū videbo vos (me nō intergabitis quicq̄) Sicut aūt dicit Chryſo. verbū grecū hoc loco poſitū ſonare pōt rogabitis z interrogabitis: z cōſequēter hoc q̄ō hic dicit: dupliciter intelligi pōt. Uno modo vt loquamur ſm Chryſo. de die reſurrectionis xp̄i. Sic eſſ. ſm mentem eius dicendū eſt q̄ apl̄i in xp̄i reſurrectione habuerūt ſenſum apertū ad intelligendas ſcripturas. vt dicit Lu. vlt. ideo nihil xp̄m eo tpe interrogabant irrationabiliter ſicut p̄ius: cū dicebant. Dñe quo vadis. Quāuis etiā tunc aliq̄ interrogarēt. Nā z Petrus de Joāne q̄ ſuit. Dñe hic aūt q̄d Joā. vlti. z Act. j. q̄dā interrogabant. Dñe ſi in tpe hoc reſtitues regnū iſrael. Et vt idem dicit in eadem die reſurrectionis: non rogabitis id eſt nō indigebitis mediatore ad impetrandū ſed ſufficiet nomē meū: q̄ō inuocando oia accipietis. Alio modo ſm Aug. loquendo de die mortis ſeu viſionis q̄ ad gloriā eternā erant ducendi: q̄

QUeritur vtrū discipuli sicut post resurrectionē ita & in p̄ncto resurrectiōis debuerint xp̄m videre resurgentē: Rñdeo ex doctrina s. Tho. iij. p. q. lv. arti. ij. sic Resurrectio xp̄i non debuit videri immediate ab hoibus: sz eis debuit nūtiari ab angelis. Nā que sunt supra hoies sunt eis p angelos manifestāda: qz talē ordinē deus in rebus instituit: vt tenet dio. iij. c. ccl. hierar. & q̄ a deo sunt: ordinata sunt. Ro. xiij. sz xp̄s resurgēs nō resurrexit ad vitā cōiter oib⁹ notā: sed ad immortalē & cōformē deo sm illud Ro. vj. qō em viuit: viuit deo. Uñ ōt ȳpil. sup Mat. q̄ iō angelus prim⁹ resurrectiōis est iudex vt quodaz famulatu paterne volūtatis resurrectio nūtiaret. ¶ Sed ō primo. Nā q̄ dz testimoniū ferre de aliq̄ hunc cōuenīēs ē videre illud. qz testimoniū de visu ē certissimū. Sz ap'li habebant de resurrectione testificari: sm illō Act. iij. Uirtute magna etc. Sol. poterāt testificari de visu: qz xp̄s viuentē occulata fide viderūt: quē sciuerāt mortuū: sed sicut ad visionē brām puenit p auditū fidei. ita ad visionē xp̄i resurgētis puenerūt hoies p audita ab angelis. Scō. Nā sicut de ascensione ita & de resurrectiōe oportebat hñe certā fidē. Sz ad habendā certā fidē de ascēsiōe illā viderūt vt pz Act. i. ergo debuer̄t etiā videre resurrectionē. So. Nō ē simile: qz ascensio cōez hoim notitiā trāscēdebat solū q̄tā ad terminū ad quē nō a q̄. iō videri potuit q̄tū ad terminū a q̄. i. sm q̄ eleuabak a terra nō aūt ad quē: qz nō videret quo reciperet i celo. Sz resurrectio eam trāscēdebat q̄tū ad terminū a q̄: sm q̄ aia redūt ab iferis & corp⁹ exiuit de clausa sepulcro: & ad quē sm q̄ ē adept⁹ xp̄s vitā gloriosā. Tertio. Nā viderūt resurrectionē Lazari q̄ fuit in diciū resurrectionis xp̄i etc. So. Nō est simile: qz Lazar⁹ est resuscitat⁹ ad vitā talē q̄lē pri⁹ habuerat: q̄ cōem hoim notitiā nō transcendit. Hec ola. s. Tho. virtualiter.

¶ Queri ēt pōt vtrū xp̄i resurrectio debuerit oibus aut certe solū apl'is manifestari. Vide. iij. q. lv. art. j. Et vtrum oia naturali desyderio apperāt pacē quaz quidā appetitu deliberato odiūt. Vide. ij. q. xxix. arti. ij.

Dñica in octa. pasche.

Questio. xxxvij.

QUeritur vtrū thomas xp̄i cicatrices tetigerit aut viderit tm: Rñdeo. Quidam dicunt xp̄m exhibuisse quidē palpandū latus ac manus sed Thomā solo visu credidisse nec ausum fuisse pp̄ter reuerentiā tāgere. Qō Augu. videt dubitando dicere vt dicit Alber. magnus sup Joā. sed alij. s. ipse Alber. & su⁹ discipulus. s. Tho. & Alexā. & multi alij dicūt melius q̄ vidit & tetigit pp̄ter nos vt crederem⁹. Uident aūt isti moueri pp̄ter dictū Leonis pape dicentis. Sufficerat ad fidē pp̄ā qō vi-

derat: sz nobis opat⁹ est vt tãgeret qõ vi
debat. Posset aũt adduci argumentũ p-
babile. Lz em̃ cõsueuerit dici q⁹.s. Geor
G gius ibi lãcea pcussit draconẽ vbi picto
rib⁹ plz: tñ qñ semper ꝛ apõ oĉs aliquid
pingit ex pictura argumentuz ꝓbabile
sumit qz ꝟ osit̃ est tale q̃si semper in ea
ẕholicis successiue derinatũ a primis q̃
vider ũt. Uñ hoc argumẽto vtit̃ mag. hi.
ad astruendũ q⁹ in x̃pi natiuitate bos ꝛ
asin⁹ affuer ũt. Uñ ꝛ picture dicunt libri
laicoz. Sed Tho. ẽtũ scit semper ꝛ vbi
pingit velut x̃pi lat⁹ tetigerit ꝛc. Sed ℨ.
Null⁹ em̃ non credẽs resurrectionẽ x̃pi
tetigit x̃pm: qz dicit ꝟhier. ad marcellaz:
q⁹ non merek̃ tãgere x̃pm q̃ resurrectio-
nẽ ei⁹ nõ credit. Uñ dtẽ marie mag. dcm̃
fuit. Noli me tãgere. Jo. xx. Sz thomas
resurrectionẽ nõ credebat. Go. Sicut di
cit. s. Tho. i. iij. stati qñ vidit vulnera: cre
didit. ſUñ dicit x̃ps qz vidisti: ꝛ nõ qz teti
gisti me⁊thoma ꝛc. Et x̃pc meruit tãgere
ꝛ tetigit. non vt ipse crederet q̃ iã crede
bat: sz vt nos crederem⁹. Gloſa aũt ma
gdalena non eligebaẽ vt dicit. s. tho. vel
vt testis resurrectiõis in ppl'is: qz mulie
H rez in eccl'ia docere non decet: vt ptz. ſ.
Coz. xiiij. Et iõ tãgere nõ est permiſſa: lz
etiam et huius assignentur alie cause.
¶ Queri etiã potest vtrum duo corpora
possint diuina virtute simul esse in eodẽ
loco. Uide. iiij. di. xliij. ar. q̃. questiuncula
iij. ꝛ Capi. etiã in. iij. eadem di. q. iij. con
cluſiõe. iij. Et vtrũ ratio faciẽs rem vi-
deri minuat vel toraliter auferat meri-
tum fidei. Uide. ij. ij. q. ij. ar. x.

☞ Dñica. prima post octa. paſche.

☞ Queſtio. xxxviij.

Querit vtrũ sit licitum pastori
persecutionũ tpe aufugere a
grege deserto p̃m illud salua
toris. Si vos persecuti fuerit
in vna ciuitate ꝛc. Reſpõdeo
Tripliciter p̃m scripturas ꝛ sanctos di-
cit lupus. ſ. diabol⁹ tentans: heretic⁹ decei
piens ꝛ tyrannus violenter erumpens.
3 Jgit̃ tpe persecutiõis primi ꝛ secundi
lupi. i. diaboli ꝛ heretici non lz pastori re
linq̃re gregẽ suũ ꝓpter ꝓmodũ tpora-
le aut periculũ personale si adeo sit gra-
nis persecutio vt ꝓſyderata ꝓditiõe per-
sonaꝝ ac rei: ꝓbabil'r timeat perditio
oim ouiũ aut plurium vel etiaz vnius.
Nã q̃libet tenek̃ vbi per suũ incõmoduz
vel periculũ psonale crederet se alteri⁹
salutez ꝓcurare: hoc ipm̃ facere: qz hoc
exigit ordo charitatis vt pl⁹ vitã corpa-
lẽ primi q̃z res nr̃as tẽporales: ꝛ pl⁹ ei⁹
vitã spũalez q̃z nr̃am corporalẽ diliga-
mus: vt ptz per. s. Tho. ũ. q̃. q. xxvj. ar. v.
res aũt tpales dicũt aliq̃ superflua ne-
cessitati ꝛ decentie: nõ aũt necessaria al-
teri eoz: alioq̃ non tã pl⁹ corporalẽ vitã
primi q̃z tpalia: lz q̃z vitã vel decentiaz
nr̃am: ꝛ seq̃nter q̃z ꝟtutẽ affabilitatis di
ligerem⁹: sz de hoc patebit in qõnib⁹ mo
ralib⁹. Precipue ꝟo ꝛ spãli rõne ad hoc
tenek̃ pastor. Nã q̃cũq̃ est obligat⁹ ad
aliq̃d faciendũ: maxie est obligatus vbi
facere vel non facere illud est cã q̃z finis
obligatiõis vel non sit: sicut q̃ est stipen-
diatus vt ducẽ defendat a gladio: mari
me ad hoc tenek̃ vbi dux gladũ ꝓpeti:
qz si eũ defendit: stat finis: si nõ defendit
nõ stat. Sz pastores obligarũt se ad exe
quẽdũ officiũ pastorale ad hũc finẽ q̃ est
salus eterna subditoꝝ ꝛ ad exhibendum
siam p̃ salute ouiũ qz hoc ab eis exp̃sse
exigit̃ in p̃secratiõe: cum ꝺr. Uis ponere
alam tuã p ouib⁹ tibi cõmiſſis: ꝛ rñdet:
volo. Ergo vbi salus pecoꝝ p̃sentiã exi
git pastoris: illicitũ est suã absentare p-
sonã: sz tenek̃ oues ꝓtegere ofonib⁹: do
ctrina ꝛ exẽplis. Uñ zach. xi. fugiens pa-
stor ꝺr idolũ. i. vmbra ꝛ siℓitudo ꝟi pasto
ris. O pastor inq̃t ꝛ idolũ derelinquẽs
gregẽ. Si ꝟo de tertio lupo. i. tyrãno lo-
quamur: distinguendũ est: qz aut perse-
cutio est personalis. i. cõtra personã pa-
storis solũ: aut cõis. Si primũ sic cõclu-
sio, est: q⁹ qñ in eius absentia per alium
puideri põt subditoꝝ saluti: lz ꝛ ꝓpter
ecclesie cõmodũ vel periculũ sue p̃sone
corporal'r relinquere gregẽ. Que ꝓclusio
ꝓbat̃ autoritate bti Aug. in epistola ad
Honoratũ. Fugiant inq̃t de ciuitate i ci-
uitatẽ serui x̃pi: qñ eoz̃ q̃sq̃ sp̃ecial'r a
persecutoribus querit̃ vt ab aliis q̃ non D
ita q̃runt nõ deseral' eccl'ia. Et exẽplo
Pauli Act. ix. fugientis e Damasco: et
Thome cãtuari. et multoz̃ similiũ. Et
rõne. Nã pastor relinq̃ns gregẽ tẽpore
C lupoz̃: nõ peccat nisi sit persecutio ꝓtra
gregẽ: qz rõ cãz peccãdi i sil'ib⁹ est. quia
nõ ꝓtegit̃ grex vbi est necesse qz necessi
tas nulla est vbi nõ impugnat̃. Sed cũ
q̃rit̃ persona pastoris solũ nõ est pugna
vel p̃secutio cõtra gregẽ. Si ꝟo p̃secutio
sit in personã eius ꝛ gregẽ iterũ distin-
guendũ est. Si em̃ vnus tñ sit pastor: est
cõclusio: q⁹ nõ lz illi gregẽ deserre: alioq̃
esset mercenari⁹. Si em̃ periculosum est
nautã nauim in trãquillitate deserre q̃z
magis in fluctib⁹: vt dicit Nicola⁹ pa
pa: ꝛ habek̃ in decretis. Si aũt sunt mul
ti pastores quib⁹ alibi idigeat eccl'ia: cõ-
clusio est: q⁹ aliq̃ eorũ fugere possunt: vt
dicit aug. vbi ſ. ꝛ aliqui remanere: qz sic
nec talis eccl'esia deserit. nec pastor ne-
cessari⁹ interibit. Et si cõi cõcordia aut
alia cõuenienti via q̃ remaneãt et q̃ va
dant determinari non possit: p̃t inuoca
ta gr̃a spũssancti mitti sortes: p̃m eundẽ
ibidẽ. Sed contra. Uidek̃ q⁹ nullo mõ li-
ceat fugere. Nã fugiẽtem saluator dicit
mercenariũ: ꝛ nõ pastorẽ: sed cõtra pa-
storẽ illũ diuidit. So. Mercenari⁹ est q̃
plus de mercede q̃z de ouiũ salute curat
B Sec⁹ si q̃s secur⁹ de salute ouiũ: p̃ q̃ mo
ri est patus si oporteret: vult ẽt saluare
seip̃m corporal'r: qz sic domin⁹ cõsuluit.
¶ Queri etiã põt vtrũ pastor nr̃ x̃ps ani
mã. i. vitã suã dederit p̃tiũ p ouibus. i. fi
delibus suis. Uide. iij. q. xl viij. arti. ij. Et
secundo. Utrum x̃ps oues suas sic certi-
tudinaliter cognoscat vt sciat quot sal-
uabunt̃ ꝛ que ita quot saluari nequeant
nec plures: nec pauciores: nec alie ab il-
lis quas scit. Uide. j. q. xxiij. ar. vij. verita.
q. vj. ar. iiij.

☞ Dñica. ij. post octa. paſche.

☞ Queſtio. xxxix.

Queritur vtrum apostoli do
lẽtes de morte dñi i hoc ipo
diuine volũtati cõformarẽ-
tur. Rñdeo. apostoli de mor
te dñi summe tristabant̃ et
gaudebant qñ erant in ha
fide ꝛ dilectione. Nã si passio x̃pi per se
C ꝑm se cõsideret: de ea dolebãt: qz quicũ
q̃z hz charitatem dolet de iniq̃ morte in-
nocẽtis: ꝛ tãto magis quãto magis est si
bi dilectus. Sed si cõsyderenk̃ in ordine
ad fructum inde sequentẽ qui est libera
tio mundi. sic latebank̃: qz ratione fidei
hoc credebãt: ꝛ ratiõe charitatis hoc vo
lebant. Utroq̃ aũt mõ. ſ. volẽdo ꝛ nolen
do diuine volũtati cõformabank̃. Nolendo D
q̃dẽ qz etiã deus nolebat illã pas
sionẽ ꝑm se: imo nullũ maluz pene vult
nisi sub rõne alicuius boni. Et sic volẽ
do vt pz. Et hoc est qõ sub aliis ꝟbis di-
cum⁹: ꝛ dicit. s. Tho. ſ. di. vj. ar. vi. ad ter-
tiũ: q⁹ beata virgo rõne deliberata vole
bat x̃pi mortẽ: quam volũtate naturali
abhorret q̃libet sctũs. Sz cõtra. Nã q̃ sa
tis hz exultare nõ cõformak̃ diuine vo-
luntat: si mult̃ tristek̃: qz exultare est ex
tra salire pre letitia qñ. ſ. tãta ẽ: vt letus
cõtineri non possit. Sed ꝺr zach. ix. Exul
ta satis ꝛc. Sol. Qui mult̃ hz exultare
non ꝓformak̃ si tristetur ea rõne qua hz
exultare: secus si alia zacharias aũt di-
cebat exultandũ esse de aduẽtu saluato
ris: in q̃tũ erat salus ac redẽptio mũdi:
nõ aũt in quãtũ erat ad iniq̃ssimã inno-
cẽtis afflictionẽ. sz sic de duris cõq̃ritur
Dauid in persona x̃pi in p̃s. dicẽs. Que-
siui (. i. desyderaui naturali desyderio: E
maxime tpe passiõis) q̃ simul ꝓtristare ſ.
ſ. cõdolẽdo mihi (fuisset em̃ magnũ sola-
tiũ x̃po afflictio in q̃tũ hõ) ꝛ nõ fuit qz. ſ.
q̃si null⁹ fuit. Fuer ũt em̃ pauce mulieres
nobiles ꝛ deuote ꝛ pauci discipuli.
¶ Queri etiam potest vtrum quilibet in
morte parentum vel amicorum flendo
ꝛ plorando diuine valuntati conforme
tur? Uide. j. distin. vi. ar. iij. ꝛ vtrum gau
dium beatificum semel habitum de chri
sto viso possit a beato vel auferri vel per-
di vide. ſ. ij. q. v. ar. iij.

☞ Dñica. iij. post octa. paſche.

☞ Queſtio. xl.

Queritur vtrum expediret
apl'is corpalẽ x̃pi p̃tiam
perdere? Rñdeo q⁹ sic
duo. Prio qz qñ min⁹ bo-
nũ p̃iudicat bono maiori F
expedit illud pdere: sicut
perdit ꝛ abscindit pes ne totũ corp⁹ pe-
reat. Sz bonũ partis sensitiue est minus
q̃z intellectiue: cũ illa ps sit inferior. Jgi
tur vbi p̃iudicat bono rõnis: ẽt expedit
nos illo p̃uari. Et ita erat in apl'is qz

corpalis delectatio discipulorū in visu
persone z actuū xpi:z i auditu verborū
ita eos detinebat q eleuatio mētis eoꝝ
ad secreta diuinitatis eis ꝓpedi debatur.
Bed.in homil'.Expedit vobis vt forma
serui vestris subtrahat aspectib⁹:quate
nus amor diuinitat'sapi⁹ vestris ifigat
mētibus.Scō.Nā illud aliqō vel post
qō sequit' sūma rei pfectio:expedit tali
rei fieri sicut ei expedit sua pfectio:qz il-
lud est cā pfectiōis saltē sine qua nō.Sz
hmōi est ascēsio xpi:qz plenitudo spūs-
sancti dāda nō erat nisi post eā:vt i alia
qstiōe patebit.Sz ꝗ.Nāsi ē expediebat
iō erat:qz illa pntia erat ipeditiua cōso-
latiōis spūssci.Sz hoc ē falsum qz ipsa
erat bona z salutaris.bonū aūt nō repu
gnat bono.Sol.Lz illa psentia eēt salu
taris.i.pferēs ad salutē:z nō ꝗria aduē-
tui spūssci directe z p se:neq; ꝓlationi
ei⁹:tñ indirecte z p accidēs aliquat'illū
impediebat pp cōditiōes naturales ale
nē:cuius intētio si diuidat ad plura mi
nuit:z quāto circa vnū intēdit.tāto mi
nuit circa illud.Igit stāte delectatione
z attētiōe apl'orū ad xpi ḥanitatez:nō
poterat in eis eē sūma intētio amoris di
uinitatis.Sz cōtra hoc.ꝓrio:qz qñ potē
tie ale sunt subordinate:vna i suo actu
intēdat:intēsio scōe ꝓpter hoc nō remit
tit'.Sed intellect⁹ coordinat' sensui.ꝗ.tc.
So.Istud ꝓcedit qñ ille potētie sunt cir
ca idē.sicut dū rem aliquā videm⁹:non
minus imaginamur vel intelligim⁹.sed
nō est sic in ꝓposito:qz sensus ap'orum
erat circa ḥanitatē:z intellectus circa
deitatē q sunt diuersa.Scō qz pari rōne
in patria:vbi cū sūmo gaudio vī ḥanita
tas nō esset summ⁹ amor in deū.So.Nō
est sīle.Nā qñ aliquoꝝ duorū vnū est rō
volēdi aliud:intētio amoris circa vnū nō
ē cā remissiōis circa alid:sz est cā vel effe
ctus intētiōis circa aliud.sicut intēse velle
sanitatē est cā intēse volendi medicinā
z intēsa volitio medicine ē effect⁹ intēse
volitiōis sanitat'.Sz in pria de⁹ est rō
intelligēdi z volēdi oia.Ūñ plus ibi gau
det de diuinitate xpi q pl⁹ gaudet ḥ ḥa
nitate:z ecōuerso.Nō sic aūt est i via vbi
deitatē:nec semp amam⁹:nec semp vide
mus actual'r.Scō Naz spūssctūs eē po-
tuit eis dari:xpo ꝓte sicut xpo absente:
qz eē xps potuit eū dare:cū equalis eēt
ptātis.ergo datiōi ei⁹ nō erat necessariū
xpm abire.Sol.Negat ꝓria:qz sz eēt pos
sibile hoc xpo:nō tñ erat cōueniēs ḡdiu
erat cū eis sm.s.Tho.super Joā.multi-
plici ratione.ꝓrio ꝓpter eoꝝ disꝑsōnē:
qz spūsancto cū sit amor spūalis:cōtra-
riatur aliquo modo amor carnalis cuiu
smodi erat quodā modo amor apostolo
rū ad xpm.Scō ꝓpter auxiliū diuini
conditionē qō maxime consueuit adesse
qñ quis aliis remediis z adiutoriis pri-
uatur:sicut sunt priuati apostoli xpo re
cedēte.Ūñ statim affuit alius adiutor z
consolator.Jō dicit xps Aliū paracletuz
dabit vobis.Tertio.ꝓpter dignitatis
xpi considerationē.ne.s.homo.inquātū
homo crederet esse q dat spūsctm:qui
exhis cum aplis videbatur esse quasi vn⁹
ex illis.Ūñ Jo.ir.Nondū erat spūs dat⁹
qz iesus nondū erat glorificat⁹.Quarto
ꝓpter vnitatē ecclesie conseruādā:sicut
Joānes nullū signū fecit:vt dr Joā.iiij.
ne.s.populus diuideretur a xpo:sed ap
peret xpi super ioannē eminētia.Disci-
puli eñ xpi ita erant replēdi gra spūsci
vt maiora facerent qꝫ ipse fecisset:vt ptz
Jo.xiij.Et ideo si ante passionem fuisset
apostolis datus, apud multos fuisset in
dubiū versum quisnā eoꝝ xps eēt. Ter
tio. Nā qō adducit ad deitatis amorez:
ab illo nō abducit sed hmōi fuit ꝑsentia
xpi ꝛc.So.Alb.mag.sic dicit Qñ xps suā
ꝑsentiā corporalem exhibuit.statim ad
amorē diuinitatis erexit.Et iō exhibuit
suā corporalē societatē vt viā:sed diui-
nam pmisit vt terminū vie.Qui aūt per
manet in hoc qō est vie:impedit a termi-
no:z eo fruitur quo deberet vti.Et hoc ē q
dicit sancti corporalē delectationem in
christo sm carnem impediuisse consola-
tionem spiritussancti.Hec ex illo.

¶Queri etiam potest vtrum plenitudo
spūssancti dari debuerit i veteri lege vi
sibiliter.Vide.j.di.xvi.Et vtrū spūssctūs
accipiat de eo qō est filij:quasi ab eo pce
dens.vide.j.q.xxxvj.ar.ij. potentia.q.x.
articu.iiij.

Dñica.iiij.post octa.pasche.

Questio.xlj.

Queritur vtrū xps in pria
annūtiet nobis de patre
palā.Ad qō sic rñdeo.Ali
quid annūtiat de aliquo
multipliciter.primo effec-
tiue.sicut cā effectiua co-
gnitiōis.Et hoc tripl'r.ꝓrio vt cā remo-
ta.z Scō vt prima q̄ est potentia sicut
intellectus.Tertio vt species intelligi-
bilis:z ois habitus intellect⁹ faciēs ad
eliciendū intellectionē.z scō formal'r.
Et hoc dupliciter.primo sicut intellectio
manifestat: que scilicet est ipa manife-
statio z scō sicut verbum est manifesta
tiuum tanquaz terminus manifestatio
nis prim⁹.Tūc rñdeo per aliōs exclusio
nes.pria taz in via ḡ in patria deus.i.
pf verbū z spūssanctus annūtiāt nobis
ola effectiue primo mō:qz ipe est cā pria
olim:z ꝑ hr causa remota olim habentium
scōas cās.primus:cuius smōi ē nra mā
festatio.Scō.Effectiue scō mō de pre
eterno(sine sumat pf essential'r prio deo
pre filio z spūsctō sine ꝑsonal'r p ꝑsona
pria in trinitate)annūtiat nobis intelle
ctus nr̄ possibilis qz ipse sol⁹ est potētia
qua apprehēdimus z intelligim⁹ imma
terialia vt pz.iij.de aia z.ij.posterio.Ter
tia Effectiue tertio mō de pre eterno an
nūtiat nobis per speculū enigmate spēs
intelligibilis creature sensibilis:qz iuisibi
lia dei p ea q̄ facta sunt intellectu cōspi
ciunt'.Rom.j.Sed palā.i.facie ad faciē:
annūtiat nobis solū essentia diuia:cōiū
cta nobis vt spēs intelligibilis.z lumen
glorie ad ipam reqsitū.qz deus non pōt
facialiter vt ita dicā seu essentialiter vt
per essentiā videri per quacū silitudinē
creatā sed solū per ipsam diuinā essen-
tiā:vt ꝓbat doctor angelic⁹.j.q.xij.ar.ij.
Quarta formal'r aūt prio mō annūtiat
nobis palā de pre sola visio beatifica.i.
elicita per lumē gr̄ie:z essentiā diuinaz
tenentē locū spē intelligibilis:qz omnis
alia intellectio nostra est enigmarica:vt
pz ex locis allegatis.Quita.Formaliter
aūt scō mō solum verbū eternū annun
tiat nobis palaz de patre.Nā oē verbū
annūtiās nobis de eterno pre palaz est
beatificū.Sed solū verbū eternū est bea
tificū:qz nullū aliud ꝟbū terminat beatā
visionē:vt pt̄z per Ca.in.iij.di.xlix.q.v.
conclu.v.qui ibi ḥz q̄ beati p intellectio
nē beatificū nō ꝓducunt verbū:sz ipsa
ad verbū increatū terminat'.z p.s.tho.
j.di.ij.ar.iij.vbi ḥz q̄ beati nolant deū p
verbū seu cōceptū increatū:z pñr deū pil
lud verbū intelligūt.Et hoc est qō ḥ za
cha.c.xiij.In die illa.s.qñ deū videbim⁹
sicuti est:erit dñs vn⁹.s.vere z opinati-
ue:z nomē ei⁹ vnū.i.sumptū ab vno ver
bo increato.Sed contra ꝑmissa arguit'.
ꝓrio.Nā si filius dei annūtiat in pria de
patre.i.manifestat patrē z verbū:nō est
qz intellectus ad intelligendū sz indiget
verbo.Sed hoc est falsum:qz sensus est
imperfectior i cognoscēdo ḡ intellect⁹:
z tñ cognoscit p solā opationē sine alio
in se ꝓducto z pfior a fortiori z intellect⁹
So.Sciendū est q̄ sentire z intelligere
sunt opatiōes imanētes z cōuenientes in
hoc q̄ p neutrā aliqd ꝓducit extra sen-
tientē z intelligētē:imo nec extra poten-
tiam sensitiuā z intellectiuā sed in hoc
differūt:q̄ per sentire nihil ꝓducitur in
potētia sensitiua:sed per intelligere in
potētia intellectiua ꝓducit aliud qō est
termin⁹ intellectiōis:z primū seu imedia
tum intellectū:z ḥ verbuz.i.forma spe-
cularis ad quā aspiciēs intellectus intel-
ligit rem existentez extra aiam q̄ forma
specularis realiter idē est cū ipa intelle-
ctione:vt alias dictū est.Rō aūt dr̄ie est
duplex.ꝓria est cōditio sensatiōis:qz ꝓ
pter suā impfectionē z materialitatem:
nō pōt ḥre terminū intrinsecū in suo ꝓn
cipio elicitiuo.Et sc̄da qz ēt hoc nō opz:
ꝓpterea:q̄ obiectū sensationis sit actu
sensibile in rep natura:z pñr nō opz ali
qd ꝓduci in quo res sensibilis sentiatur
Sz intellectio pp sui pfectionē ḥz intrin
secū terminū.z rursus obiectuz intellect⁹
nostri nō est actu intelligibile:sz opz ꝓ
duci aliqd in quo:z p qō videak.i.ꝟbū.
vñ sm aliquos:qñ intellect⁹ est cogita-
tio nō pertingēs ad rei qdditatē:per cā
nō ꝓducit ꝟbū qō qualr̄ sit vel a⁹s forte
declarabit'.Scō:nā si intellect⁹ ad in-
telligēdū idigeret ꝟbo:vt sic filius annū-
tiet ḥ pre vt ꝟbū:ag̃el⁹ intelligēdo cēntiā
suā ꝓduceret ꝟbū.Sz hoc falsū:qz qñ po
tētia cognoscitiua ḥz obiectū actu cogno

scibile nō ꝓducit aliqñ in quo illō cognoscak vt ptz de sensu. So. Per qlibet intelligere ꝓducit ꝝbū ab aliquo intelligēte: ꝛ si nō a quolibet: vt ptz p. s. Tho. j. q. xxvij. art. j. Angelꝰ igit intelligēdo se necessario ꝓducit ꝝbū nō obstāte q sua essentia sit actu itelligibilis: qz cū due sint cause nō ꝓducēdi terminū itrinsecū, operationi imanēti cognoscitiue: ipfectio. s. eiꝰ ꝛ actualitas obiecti: si ī angelo esset ptia eēt etiā ī nobis cū itelligim⁹ q̄ditatem aliquā: ꝛ si scḃa ipa ēt esset in deo: igit si nec hō nec deꝰ pñt sic itelligere nisi ꝓducēdo ꝝbū: multominꝰ angelꝰ cuius essentia est minꝰ itelligibilis ꝙ diuina: ꝛ cuius intellectio est pfectior ꝙ hūana. Prio his sciēdū est: q quāto actꝰ est altior: tāto plura sibi eminēter idētificat sicut sensus cōis idētificat sibi eminētes oēs proprios ingtū vna vis q̄ est ipe pōt oia que pñt illi. Cū igit rō operationis: ꝛ rō ſſitudinis seu repñtatiui sit alia et alia: istas duas aliqua cognitio ꝓpter suā eminentiā sibi idētificat: vt eadem sit operatio et species repꝛesentatiua alterius sicut etiā deꝰ q̄ est eminētissimꝰ idētificat sibi ℣ ēt gñe diuersa puta absolutū ꝛ relatiuū.

¶ Queri ēt pōt vtrū ois petēs ī noie xpi exaudiak. vide. ij. q. lxxxiij. ar. vij. scōm ꝛ ar. xv. ꝛ. iiij. di. xv. q. iiij. ar. vij. questiū. iij. Et vtrū gaudiū spirituale q̄ veritatis contēplationem sequitur: possit vnq̄ terminari circa claram cognitionem entis infiniti. j. ij. q. iiij. arti. iij.

☞ In die Ascensionis.

☞ Questio. xlij.

Uerꝫ vtrū cōgruū fuerit xpm ascēdere. Et posito q̄ sic vtrū ascēderit sup oēs celos visibiles tm̄: aut visibiles ꝛ itelligibiles tm̄: aut visibiles itelligibiles ꝛ credibiles. Et posito q̄ super oēs etiā credibiles: vtrū sic assenderit super vltimū ois vt sit infra vltimi. i. empyrei supficiē ꝓnerā vel extra ꝝ veritatē. Et posito q̄ sit infra vere: vtrū. s. Tho. sic senserit Rñdeo ad ꝓmū q̄stū. s. Tho. iij. di. xxij. q. iij. ar. j. ꝛ. iij. q. lvij. ar. j. rñdet q̄ xp̄s ascēdere in celū fuit ꝓueniēs sibi Nā locus dꝫ eē ꝓportionatꝰ locato. Sꝫ xp̄s ad vitā incoꝛruptibilē resurrexerat ꝛ locus celestis est locus incoꝛruptionis sed ℨ hoc, nā motꝰ cū sit actꝰ existētis in potētia est actꝰ impfecti: ꝛ ꝓpter aliquā indigētiā: ꝛ ꝓpter aliqd meliꝰ. Sed xp̄s post gl̄iosaꝫ resurrectionē nō fuit impfectus: nec indigēs: nec fuit ei meliꝰ in celo ꝙ in terra: ℨ nō ascēdit. Sol. Per motuꝫ localē nō ponit immobili aliq̄ pfectio: q̄si desit ei aliqd eoꝝ q̄ debēt ineſſe: ſꝫ ponitur impfectio ſm qd. p hoc q̄ dum est in isto loco non est in alio: qz talis motꝰ nō ponit exitū de potentia ad actū intrinsecū: ſꝫ ad extrinsecū qz ſm p̄hm. viij. phyſi. nō mutat aliqd intraneū rei: sed id q̄ est extra. Non fuit etiā motus xp̄i ꝓpter aliquā indigentiam: qz indigeret ipse ex parte sua in se ipso habere: sed propter nr̄aꝫ: vt esset in loco ꝓueniēti sibi, in quo nondū erat. Nihil etiā ei accreuit quātum ad essentialia gl̄ie ſm corpus vel aiam: ſꝫ accreuit ei aliqd quātuꝫ ad loci decētiā q̄ est de bñ esse. Et de hac decēti a gaudiū habuit: nō qz tūc gaudere inciperet cū celū ascendit: sed qz nouo mō de hoc ganisus est sicut de repleta. Fuit etiam cōueniēs nobis, ꝓtio vt nos q̄si in possessionem corporalem induceret celi: quā nobis sanguinis sui ꝓtio emerat. Scōo vt sperem⁹ nos illud posse cōscendere: vbi est nr̄a natura. Tertio vt illuz iā nō agnoscētes ſm carnē ſpūal'r tm̄ cōiugamur illi ꝛ ꝓpr̄ efficiamur idonei ad dona ſpūſſcti ſm q̄ dictū est. Ascēdit in altū dedit dona hoibus. Sꝫ ℨ hoc: qz sua pñtia corporalis magis fuisset ad nr̄aꝫ salutē ipe ascēsio. So. Illa pñtia ī duobꝰ poterat esse nociua. Prio q̄tū ad fidē: qz ſꝫ glo. Jo. ij. videtes eū in forma q̄ erat pre minoꝛ: nō crederēt de facili p̄r equalez. Scōo quātū ad dilectionē: qz illū non solū spūal'r: ſꝫ ēt carnaliter diligerem⁹: cuz ipo corporaliter cōuersantes: q̄ est de impfectione dilectiōis. Hec oia. s. Tho. Ad scōm aūt q̄stū idē. iij. par. vbi. s. ar. iiij. ꝛ iij. di. xxij. q. iij. ar. iij. q. v. ſic dicit. Quāto aliqua corpa pfectius de diuina bonitate ꝓticipant: tāto ordine coꝛporali: q̄ est localis sunt superioꝛa. Uñ corpa formaliora sunt superioꝛa. vt ptz. iiij. phy. ꝛ. ij. celi qz per formā oē coꝛpꝰ participat diuinū esse vt ptz. j. phy. Sꝫ de diuina bonitate

plus ꝓticipat coꝛpus p gl̄iam: maxime coꝛpus xp̄i q̄ inter cetera coꝛpa gl̄iosa maxime refulget gl̄ia ꝙ oē coꝛpus naturale p formā sue nature. vñ cōueniētissimū ē sibi q̄ sit. s. oia coꝛpa cōstitutum in alto. Et iō sup illud Eph. iij. Ascēdens in altū: dicit gl. loco ꝛ dignitate. Sꝫ ℨ b Nā dꝫ in ps. Dñs in tēplo sctō suo dñs in celo sedes eiꝰ. Sed q̄ō est in celo: non est. s. celū. Ergo xp̄s nō ascendit sup oēs celos. Sol. Sedes dei dꝫ esse in celo nō sicut in cōtēto. Uñ non opꝫ aliquā partē celi esse eo supioꝛē: sed ipsum esse sup oēs celos sicut in psal. dꝫ. Eleuata est magnificētia tua sup celos deus. sctō. Nā coꝛpus xp̄i necessario est in loco. Sꝫ extra celū nō ē locꝰ ſꝫ p̄hm. i. celi. Sol. Nō dꝫ ascēdisse super celos: qz sit extra celū empyreū: sed qz i altissimā partē eius ascēdit. Hec oia. s. Tho. Ad tertiū aūt q̄situm dico: q̄ quidā celi sunt visibiles gr̄a alicuius sui. s. celi. vij. planetarū ꝛ stellarū fixaꝝ: qz hoꝝ q̄libet hꝫ saltem vnā stellā visu deprehensam. Et isti cognoscunt esse distincti ex motu suarū stellarū q̄ non sunt semp in eadem distantia ad iuicē. Quidā aūt non sunt visibiles: qz carē stellis: ſꝫ sunt intelligibiles: qz deꝓhendunt in motibꝰ inferioꝛū. Et isti ſm aliquos sunt duo supra octauā sphērā ſm alios ꝺo vnus tm̄. Cū essi primū mobile tanꝙ ꝓpinq̄ssimum substātijs imobilibus. i. angelis minimū debeat habere de variatione motꝰ ſm oēs p̄hos dꝫ habere vnū motū tm̄ ꝛ ꝓpr octaua sphera nō est ꝑmum mobile: qz ipsa deꝓhendit mouentibus motibꝰ distīctis. de qbꝰ al's. Intelligit igit q̄ supra ipam est ad minꝰ vnū celū. forte aūt nō opꝫ ponere plures supra eā, ꝓpter dictā rōnē qz ipa pōt duplici motu moueri ab vno angelo vel duobꝰ: ꝛ vno a superioꝛi coꝛpe. Sed tm̄ ꝓbabiliꝰ est q̄ supra eā sint iterum duo celi moti: vt dicūt q̄dam astrologoꝝ quoꝝ opinionē idē sed ſctūs Tho. j. ij. di. xiij. ar. j. ꝛ Alb. mag. ij. celi. Quoddā aūt celū nō est visibile nec intelligibile ꝙ naturalē rōnē. sed est credibile vt empyreū: q̄ tenetur auctoritate. Strabi ꝛ Bede ꝛ Raba. Licet igitur posset dici q̄ christus ascendit super oēs celos visibiles: vel ēt intelligibiles. Et sic intelligi dictū apl'i. Eph. iij. s. allegatū qz antiq̄ doctoꝛes: vt aug. ꝛ Pie. ꝛ hm̄ōi nihil de empyreo dicūt: tm̄ tenēdū est q̄ ascēdit etiā supra celū credibile: qz coꝛpi nobilissimo debeꝫ loc⁹ nobilissimꝰ. Ad quartū q̄stū dico: q̄ ascēdit supra oēs celos: etiā supra vltimū: eo mō q̄ qs montē dꝫ ascendisse: qz maioꝛē partē eius ascēdit: cuius extremū cacumen pedibꝰ nō supauerit: nō aūt sic q̄si sit oino extra celū. Nā si eēt extra oino: neq; ipe sctōs: neq; scti ipm videre possent: quia spēs visibiles deferri nō possent a visibili: cū nihil esset mediū nisi forte miraculose: ꝛ eo mō quo nūc p phātasiā similitudinē habemꝰ rei absentis. Nō possent ēt se inuicem audire loquētes ꝛ laudātes deū: qz nō esset mediū p q̄ vox deferret ad aures. Locꝰ ēt xp̄i nō haberet gl̄iam coꝛpalē: cū illa non possit esse in nihilo: aut i relatiōe situali. Et ponit coꝛpꝰ xp̄i nō esse i loco: qz de rōne loci sunt duo. s. supficies cōtinēs ꝛ imobilitas. Nō tm̄ nego q̄n possit esse q̄cunq; coꝛpꝰ gl̄iosum in ꝓuexo celi vltimi siue oino extra illō: qz hoc ꝓbat. s. Tho. vj. qlibet. q. arti. ij. vbi q̄rit vtruz coꝛpus gl̄iosum vel angelus possit esse in cōuexo celi empyrei. Ad quintū q̄situz dico: q̄. s. Tho. sensit vt supra dictū est. nō aūt q̄ coꝛpus xp̄i sit oino extra vniuersum. Quod suadeo prio: Nō ſm ipm coꝛpꝰ xp̄i est in loco: sed si esset extra celū: nō esset in loco ſm veritatē: vt ꝓbatū est: nec etiā ſm. s. Tho. q̄ꝫ. qz in dicto quodl. volēs ꝓbare q̄ coꝛpus gl̄iosum vel angelꝰ pōt esse extra celū: vtrū ℨ medio. s. q̄ necesse ē esse i loco: dependeꝛe a primo cōtinēte: ſꝫ ꝑdicta nō dependēt a ꝑmo continente: ergo nō est necesse q̄ ab aliquo localiter ambiak et ꝙr possunt ibi esse. Scōo qz si existimaſ ret coꝛpus xp̄i esse in cōuexo celi: ꝛ sic intelligi dictū apl'i allegatū. nō est verosimile q̄ hoc mediuꝫ omisisset ad ꝓbandū coꝛpus gl̄iosum: vel angelū potuisse esse in cōuexo celi imo superflue quesiuisse illō quia res esset aperta. Tertio: qz hoc expresse tenet in tertio: vt patet hic ad secūdum argumētū. Quarto: qz in. iij. parte vbi. s. dicit locum debere ꝓportionari

locato: vt. s. sit incorruptibilis locꝰ ꝑ incorruptibilis rei. Aut igit hoc intelligit de loco xti ad suū materiale. i. supficiē locātis aut xti ad formale. i. relationē situalē q̄ venit ei imobilitas: aut xtum ad vtrūq;. Si ꝓmū: habeo intētū: qz extra celū nō est supficies talis: sitr si tertiū. Si aūt scōm. Cōtra: qz oia locꝰ ē incorruptibilis illo mō cū sit imobil': et sic corruptibilia eque vt incorruptibilia haberēt locū incorruptibilē: qđ ipse idē negat. Sz ꝟ hoc arguit q̄ senserit ipm esse extra. Primo qz sua rō supra inducta ad ꝓbandū q̄ ascēdit sup oēs celos hoc cōcludit. fol. Illa rō vt ptz intuēti ꝓbat nō solū de xpo: sed etiā de oibꝰ sctis. Si igit voluit. s. Tho. hoc ferre de xpo: etiā alīj sancti essent extra celū qđ ipse vbiq; negat. Intēdit ergo. s. Th. ꝓbare q̄ oē corpus glorioſuz dignitate trāscēdit oi naturale: r ꝓꝑ dz habere supmū locū iter corpa: vt dicit in tertio: ita q̄ si supra celū empyreū esset locꝰ deberet esse in eo: nō aūt dz esse extra locū. Scđo. Nā i. iij. pte. vbi. ē. ad primū dicit q̄ non opz aliquā partē celi esse eo supiorē. Sz si esset infra celū: haberet partē superiorē. So. Negatur minor: qz ipse in. iij. vbi clare negat ipm esse extra celū empyreū dicit q̄ ascēdit in altissimā eiꝰ ptē r ꝓꝑ nullam habet supra se sīpe est in altissima. Sed hoc tripl'r pōt intelligi. Uno mō. s. de parte principali: q̄ est tertia pars celi empyrei: eo mō quo diuiditur aer in tria inferstitia r hierarchia in tres ordines: r sic plana sunt oia. Alio mō de parte nō quidē tertia: nec quacūq; simpl'r: sed de parte notabili: puta vnius pedis aut palmi. Et sic pōt esse verum si suum caput est ꝓpinquissimū superficiei conuexe: licet eam nō attingat. Alio mō de parte quacunq;: r sic etiā pōt dici esse in celo: r nullā habere supra se: si supficies vltima sui capitis in aliquo puncto attingat superficiem conuexam celi.

¶ Queri ēt pōt vtrū ascēsio conuenerit xpo ꝑm naturā diuinā vel hūanā. Uide iij. q. lvij. ar. ij. Et vtrū ascenderit supra oēm creaturā spūalem. vide ibi ar. v.

☞ Dūica infra octa. Ascēsionis.

☞ Questio. xlij.

Ueritur vtrū spūssctūs sufficiēter ꝓhibuerit r testimoniū xpo. Rndeo. Xpo testimoniū multa ꝓhibuerūt. Ꝓmo moyses in lege. Joā. vj. De me ille scripsit. Secūdo ꝓphete toti⁹ vet. testi. Apo. xix. Testimoniuz iesu est spūs ꝓphetie. Tertio Joā. baptista. Jo. j. Ecce agn⁹ dei. Quarto pater in baptismo r trāsfiguratiōe dicēs. hic est filiꝰ meꝰ dilectꝰ. Quinto spūssctūs eo mō quo dr. Sexto opa miraculoꝝ: q̄ nullꝰ alius fecit Jo. vj. Opa q̄ ego facio in nole pr̄is mei. illa testimoniū ꝓhibēt de me. Septimo turba clamātiū i die palmarū. Benedictꝰ qui venit in nole dñi. Octauo apli Actu. iij. Uirtute magna reddebāt apli testimoniū ꝛc. Spūssctūs aūt testimoniuz reddidit ei tripl'r. Primo armādo discipulos scia r ꝓstantia ad testificādum Matt. x. Nō em̄ vos estis q̄ loq̄mini. Scđo cōicando sua dona credentibꝰ in xpm Heb. ij. Cōtestāte deo signis r ꝓdigijs r varijs spūssti distributionibꝰ. Tertio emolliēdo audientiū eorda ps. Emitte spm̄ tuū r creabūtur ꝛc. Sufficienter aūt testificatꝰ est de⁹ vel spūssctūs qđ̄ tuz requirebat. ad cōuertēdos dispositos ad viā sue salutis. Nūq; em̄ deus vult aliquē effectū p aliqđ medium ꝓducere ḋn illud mediū faciat oportunū: r sufficienter dispositū: qz deus r natura nō deficiūt in necessarijs. Sed ꝓdictū testimoniū deꝰ ordiabat ad effectū: q̄ est puersio mūdi. Uñ cuilibet facienti qđ in se erat istud testimoniū erat sufficiēs. Sed ℨ. Nā post sufficiens testimoniū dei nō remanet error nec dubitatio: qz testimoniū dñi fidele sapiēt: q̄ ꝓstans ꝛc. vt dr in ps. Sed post dictū testimoniū remanet error r dubitatio. Sol. Qđ ista remāserint: nō fuit ex insufficiētia testimonij: sz ex malis dispositione ac malitia nolentiū doctrinā veritatis accipere. Uñ dñ ibi dr: parvulis. i. humilibꝰ r nō superbis. Sz ℨ. qz dato qđ illud testimoniū tunc fuerit sufficiēs: non tñ est mō: qz talis signa r effectus nō videmꝰ. Sol. Sicut dicit. s. Tho. in principio. s. ℨ gen. q̄libet pōt ꝓdicta videre in suis effectibus: qz videmus r legimus mūdum cōuersum ad credendum et sperandum tam ardua. Qđ si hoc ꝑ miracula factuz est: etiā nunc ea videmꝰ in gentiū cōuersione. Si ꝓ sine miraculo: etiā hoc fuit maximū miraculū q̄ idiote hoc potuerit sine signis r sine gladio. Sz ℨ: qz eodem mō posset rīdere mahumetista. Sol. Nō est verū: qz mahumeth nihil arduū ꝓponit credēdū vel sperandū sed solum corporea. Et a principio subiecit sibi agrestes: deinde vi armoꝝ alios. Uñ ipse dicit se missum in ꝓbatione gladij: q̄. s. leonibus r ꝓdonibus nō deest nō aūt miraculoꝝ. Unde de his si vis sanctū Tho. vbi. s. pulcre disserentem.

¶ Queri etiā pōt vtrū aliqua diuina ꝑsona etiā modo mittatur inuisibiliter. Uide. s. Tho. j. q. xliij. arti. vj. Itē. j. di. xv. q. v. ar. j. Et vtrū cōscientia erronea obliget vel excuset. Uide. s. Tho. quodlibeto xiij. arti. xxvij. r. j. ij. q. xix.

☞ In die sancto Penthecostes.

☞ Questio. xliij.

Uerit vtrū spūssctūs debuerit visibiliter mitti? Ad qđ. s. Tho. j. q. xliij. arti. vij. sic rīdet. Spūssctō cōueniebat visibiliter mitti: qz deus omnibus ꝓuidet ſm ꝓpriū eorum modū: q̄ quo ad holes est vt ꝑ visibilia ad inuisibilia ducātur. Igit sicut deus r ꝓcessiones eterne diuinarū ꝑsonarum: ita et earū inuisibiles missiones fuerūt per aliqua sensibilia signa demonstrāda. Nec tamen rōne huius missionis spūssctūs dicī pōt minor pr̄e: sicut dr filiꝰ: qz creaturā inuisibilem in q̄ apparuit spūssctūs: puta colūba: ipe nō assumpsit in vnitatem ꝑsone: sicut filiꝰ in humanitatez: vt de eo dicātur q̄ dicunt de illa creatura: puta colūba. ¶ Sed ℨ: ꝓmo. Nā si mitteret visibil'r spūssctūs: esset hoc ſm nobilissimā creaturā. i. ſm rōnalem: sicut r filius ſm eā missus est. So. Missio filij debuit eē ſm rōnalē creaturā cuiꝰ est agere r cui ꝓperit sctificari: qz filiū oportuit declarari: vt sctificationis autorē. Sctificationis aūt indiciū esse potuit ois alia creatura: nec oportuit eā q̄ ad indicandū tm̄ formabat assumi a spūssctō in vnitatē ꝑsone: qz nō assumebatur ad agendum aliqđ: sed ad indicandū tm̄. Nā missio visibilis attendit ſm aliquā creaturā visibilem assumptā: sicut missio filij ſm carnē. Sed spūssctūs nullam creaturā assumpsit: r cōsequnter non pōt dici q̄ in aliq̄ tali sit nisi forte vt in signo sicut r in sacris r figuris legalibus. Igit vel nō mittit visibil'r vel ſm oia hec missio visibil' attendit. So. Missio visibilis spūssctī nō attendit ſm visionē imaginariā: q̄ est visio ꝓphetica: qz ſm Aug. ij. de tri. ista visio est in spū ꝑ spūales imagines corpoꝝ colūbaz aūt illam ignē oculis viderūt q̄cunq; viderūt. Nec itez ad has spēs colūbe r ignis se habuit spūssctūs vt filiꝰ ad petrā q̄ erat xpus qz illa ista erat r actionis modū nūcupata est nomine xpi. Colūba aūt r ignis ille ad hoc tm̄ signisicandū repente extiterūt. Sz vident hec sīlia flāme q̄ moysi apparuit in rubo: r colūne quā i deserto ppl's seqbat r fulgoribꝰ ac tonitruis q̄ fiebant cū lex daret in mōte: qz ad hoc rez illarū corporalis extitit spēs vt aliq̄d significaret. Nō attendit ēt ſm signa sacramentalia q̄ sunt qđā res ꝓexistes ad aliq̄d significādum assumpte. Dr em̄ visibil'r missus spūssctūs in q̄tū appuit in qbusdā creaturis vt i signis ad hoc spāl'r factis. Hec oia ille. Sz. no. ſm. s. Tho. q̄ filiꝰ visibil'r mittit solū i natura assumpta. spūssctūs aūt mittit i mīltiplici spē. qz ille spēz sensibilē in q̄ appuit. i. hūanitatē nūq; deposuit: sz spūssctūs nullā illaz spēz assumpsit: iō postynā appuit i alia vt ōt. s. Th.

¶ Queri etiam pōt circa hoc euange. et duo seq̄ntia imediate: vtrū missio visibilis fieri debuerit ad pr̄es veteris testi. Et vtrū species in qbus sit visibilis missio fiant ministerio angeloꝝ. Et vtrum missio inuisibilis filij r spūssti distinguātur. Et vtrū missio inuisibilis fuerit post incarnationem plenior q̄ ante. Et vtrū fiat ſm omne augmētū gratie. De qbus omnibus vide. j. di. xv. vel. j. q. xliij.

☞ In festo Trinitatis.

☞ Questio. xlv.

Ueritur super illo ꝟbo. Spiritus vbi vult spirat. Utrum spiritussanctus vel deus sit nunc liber libertate cōtradi-

ctionis ad ꝑdestinādum me vel nō ꝑdestinandū ita ꝙ possit me ēt modo ꝑdestinare:et non ꝑdestinare?Rñdeo.ſ.Tho. in.j.di.xxxix.q.j.ar.j.i corpore vbi tenet ꝙ deꝰ ꝑt nō scire qō scit:sic dicit? Hec est rō voluntatis vt libere actū suū ꝓducat.Qō em̄ fit volūtate nō fit necessitate:vt dicit.s.Aug.vñ ꝑt velle et non velle.Sz hoc itelligēdū est dū est actꝰ in egridiēdo a volūtate:qz poꝛ trāsijt:nō ſubiacet facultati eius.Nō em̄ ꝑt non voluisse qō voluit.Silr non subiacet facultati eiꝰ:vt vtrūq; simul ꝓducat. Nō em̄ ꝑt simul velle ⁊ nō velle.Et hoc nō tm̄ intelligēdū est de actu ipsius voluntatis imediato:ſz de oibꝰ actibꝰ imperatis a volūtate sicut cohabitare:loqui et hmōi.Cum igitur actus diuine voluntatis semp sit in actu:⁊ non ꝓtransiēs in futurū semp est quasi i egrediēdo a volnntate.Et ideo manet libertas diuine voluntatis respectu ipsiꝰ.Unde ꝑt dici ꝙ deꝰ ꝑt velle ⁊ non velle:hoc nō tm̄ ꝑt esse vt simul velit et nō velit:vel vt nūc velit ⁊ postmodū nō velit:qz mutabilis esse nō ꝑt.Hec ille.Scotꝰ aūt in.xl.di. primi quasi ampliās ꝑdicta verba sancti Tho.dicit.Si ꝙ impossibile intellige remus deū adhuc nō determinasse voluntatē suā ad alterā partē:ſz quasi deliberaret vtrū vellet istū ꝑdestinare:aut nō:bñ posset intellectꝰ nr̄ capere ꝙ ꝓtinenter ipm̄ ꝑdestinaret vel nō ꝑdestinaret:sicut ꝓt in actu volūtatis nr̄e.Sed qz semp recurrim⁹ ad actū volūtatis diuine q̄si ꝓteritū:nō q̄si nō ꝓcipim⁹ libertatē i volūtate illa ad actū q̄si iā sit positꝰ absolute a volūtate. Sed ista imaginatio falsa est.Aliud em̄ nūc eternitatis in quo est iste actus ſp ꝑs est:⁊ ita intelligendū est de volūtate diuina siue volitione eiꝰ vt est huiꝰ obiecti sicut si ꝓpossibile nūc inciperet deꝰ habere velle in isto nūc ⁊ ita libere ꝑt deꝰ in nūc eternitatis velle qō vult.sicut si ad nihil eēt sua voluntas determinata.Hec ille vale dñ.Sed vt meli⁹ intelligaṫ dicta eorū:tria faciā.Ꝓlo em̄ ponā q̄dā fundamenta:⁊ ſcdo q̄dā notabilia:⁊ tertio q̄sdā cōclusiones.Quātū ad primū fundamentū primum est ꝙ deus ad extra.ſ.in creatura nihil vult necessario: ſm fidē catholicā ⁊ verā ꝓhiam.Quicqd em̄ volēs vult necessario:est vltimus finis eiꝰ vel ad vltimū finē eius necessariū: sine quo non vt ꝓz in nobis ꝑ experiētiam: qui nihil necessario volumꝰ nisi sit btitudo:aut aliqd apprehēsum vt necessariū ad illā. Sed nulla creatura est vltimus finis dei:qz esset eo nobilior neqz ē necessaria sine quo nō ad vltimū finem eiꝰ:q.ſ.est sua bonitas: qz alioq deꝰ non posset sine illa esse btūs ⁊ ꝑfectꝰ ⁊ ꝓñr ꝑfectio dei dependeret a creatura. Scōm est ꝙ eternitas ſz in valore equaleat infinito tpi ꝑterito ⁊ futuro:tñ formaliṫ est aliqd indiuisibile nō hñs priꝰ vel posteriꝰ:ſz totū simul exñs:qz sic a Boetio diffinitur. Eternitas est interminabilis vite tota simul ⁊ ꝑfecta possessio.Et hoc sequit ꝙ ipa ẽternitꝫ est de se ad oia ꝓparata vt ꝑñs qz in se ex q̄ est tota simul est sola ꝑñs nō hñs partē ꝑteritā vl futurā vt tpe.Ex quo vlteriꝰ sequit ꝙ futura nō sūt futura respectu eternitatis:ſz respectu eoꝝ q̄ sunt in tpe.Tū qz nō sūt futura nisi respectu ꝑteritoꝝ ⁊ ꝑntiū q̄ statiz erūt ꝑterita.Tū ēt qz q̄ sūt in tpe vt futura:⁊ extra tpa vt eternitas: nō ꝑñt cōparari ſm priꝰ ⁊ posteriꝰ ſz solū ſm ꝑñs in quo aliquo mō cōueniūt.Huiꝰ aūt exēplū.s. Tho.ponit in.ſ.Ꝫ Beñ.dicēs eternitatē ita cōpari ad eaq̄ sunt in tpe:sicut cētrū circuli ꝓpar ad ꝑncta signata in circūferētia:ad q̄ oia cōparaṫ vt ꝑñs vel coexistēs:ſz illa adinuicē cōparenṫ ſm priꝰ ⁊ posteriꝰ in situ.Sz tm̄ adde tu ꝙ in hoc est dissimilitudo:qz cū oia ꝑncta illa sint simul i actu:simlr semel cētrū ad oia illa ꝓparat vt coexistēs:ſz qz ea q̄ tpis decurſu ꝓducunṫ nō sunt simul ſz successiue fiūt:iō eternitas ad oia ꝓparat q̄dē vt ꝑñs q̄ ipa sūt:ſz nō ꝓparat vt ꝑñs ad oia simul:ſz successiue.Si tm̄ ꝓ impossibile ipsa ⁊ oēs tpis ptes simul eēnt ipa oibꝰ illis cōpararet vt ꝑñs:qz vt dictm̄ ē in ea nō ē nisi ꝑñs:⁊ q̄tū de se ꝑñs est ēt futuris q̄bꝰ iō nō est ꝑñs:qz illa nō sunt.Tertiū est ꝙ deꝰ ſz suū eē ⁊ suā opationē:vt ſit i li.de cauſ.est i eternitate:ſz suꝰ effectꝰ sequaṫ nouiter:ab eterna eiꝰ volitione. Nā si esse dei vel eiꝰ opatio mēsurareṫ.

tpe haberet priꝰ ⁊ posteriꝰ ⁊ ꝓñr deꝰ mutareṫ.Si aūt mēsurareṫ euo sicut eē celi ⁊ angeli: nō esset quidē priꝰ ⁊ posterius in illo vel in illa operatiōe: qz sicut eternitas:ita vt euum est totū simul:sed tm̄ illi esse vel operatiōi posset priꝰ ⁊ posterius cōiūgi:sicut ipsi eē celi cōiūgit priꝰ ⁊ posteriꝰ ſm motū localē: eē ꝯo angeli ſm successionē affectionū ⁊ intellectionū. Quartū est ꝙ diuina ꝓuidētia ꝓnon excludit causas secūdas ꝓtingentes vt exprimur: imo causas includit: vt ꝓbat s.Tho.ſ.q.xxiij.ar.vij. Quātū ad scōm notādū est. ꝓmo ꝙ q̄n in subiecto alicuius ꝓpositiōis est terminꝰ ẽct: q.ſ.sigt substātiā ⁊ qualitatē inherentē:vt ly albū qō sigt aliquo mō ⁊ rē albā ⁊ ipsam albedinē pōt intelligi ꝙ predicatum dicte ꝓpositiōis dupliciter attribuaṫ subiecto.ſ. gra substātie ꝑfecte ⁊ gra substātie ⁊ accidētis simul. Juxta qō distingnitur talis ꝓpositio:dicēdo ꝙ pōt esse diuisa ⁊ ꝓposita. Exēpli:gra dicēdo: albū pōt esse nigrū: si posse esse nigrum attribuaṫ subiecto gra substātie: est ꝓpositio diuisa ⁊ vera: qz substātia q̄ est alba pōt esse nigra:sed si attribuaṫ etiā gratia accidētis.i.albedinis: est cōposita et falsa:qz hnic toto qō est substātia ⁊ albedo nō pōt cōuenire nigredo. Notādum est scōo ꝙ vt ꝓz.v. Metaph. dupliciter dicit possibile.ſ. ſm se ⁊ in ordine ad aliqua potētiā:siue sub aliis verbis logice ⁊ naturaliter. Possibile ſm se.i. logice: est illud qō in terminis nō hz repugnātiā: vt Socrates cecus videt.Et silr impossibile ōr qō ex terminis repugnat vt hō est sine rōne. Possibile naturaliter est qō alicui est possibile ꝑ aliquā potentiā: ⁊ impossibile qō ſm aliquā potētiā non est ei possibile: sicut habēti oculos possibile est videre: ceco aūt est impossibile:ly nō sit repugnātis terminoꝝ: qz cecus nō hz potētiā vt videat. Quicqd aūt est possibile naturaliter est ēt possibile logice:⁊ q̄cquid possibile logice: est ēt possibile naturaliter vel fuit. Qō iō dico qz deꝰ hz naturalē potētiā: respectu oiꝰ possibilis logici: cū illō nō includat ꝫdictionē: ſed tm̄ illud possibile aliqñ perdit rōnē possibilis ⁊ trāsit in necessariū ⁊ ꝓñr desinit esse obiectū diuine potētie:q̄ ꝓius se extēdebat in illud: sicut. Adā nō fuisse aliqñ deꝰ facere poterat:sed nō mō. ¶ Notādum est tertio qō vt sequit ex ſcōo notabili aliud est socratē posse velle aliqd:aliud possibile est ꝙ socrates velit aliqd:qz in ꝓio importaṫ possibile naturale:in ſcōo ꝓo logicū. Cū igiṫ socrates in instātia:vult aliqd: puta.b.in eodē instāti possibile est logice socratē nō velle.b.sed vtrū socrates possit nō velle.b.siue vtrū sit possibile nāle est dubiū.Quibusdā aūt vī ꝙ sic.qō si verū eēt multo magis essent ꝓ cōclusiōes ponēde.Sz ego credo ꝙ tūc.i. in instāti a. socratē non velle b.sit possibile logicū ⁊ nō naturale:qz iā nec potentia socratis nec deus se se pōt ad illud extēdere: qz cū dei potētia facere nō posset vt in instāti in quo est volitio b.ipsa non sit:qz simul eēt ⁊ nō esset:nō pōt ēt facere ꝙ in eodē sit nolitio aut nō volitio qz simul essent ꝫdictoria:vl ꝫria:⁊ ꝓñr ēt ꝓtradictoria. Hoc etiā videṫ sentire Scotus.xxxvij. primi ſz ꝙ illud possibile sit logicū: nō aūt naturale.Et si dicaṫ ꝙ.s.Th.i ꝓbis ſ.alleg.ōt ꝙ volūtas libere ꝓducit actū suū qñ ipse actꝰ est i egrediēdo.i.in instāti in quo ingredit.Dico ꝙ ista glos.non est bona:ſz intelligiṫ in egrediēdo.i. qñ imminet vt egrediaṫ:ita ꝙ adhuc nec trāsiuit in ꝑteritū nec incipit trāsire:sed incipit esse ꝑsens:qz.ſ.tunc nō est: ⁊ fere statim erit.Hoc aūt ꝓz esse de mēte eiꝰ ex duobꝰ. Primo ex verbis suprā allegatis: cū dixit. Cū igiṫ actꝰ diuine volūtatis semp sit in actu: ⁊ nō ꝑtranſiēs in futurū: semper quasi in egrediēdo a voluntate. Ubi nota in futurū.i.respectu futuroꝝ non aūt ꝑteritoꝝ vel ꝑsentiū. Sed qz posset aliquis dicere ꝙ liber est incorrectus: ⁊ ꝓ ly futurū dz habere ly in ꝑteritū:ꝯ oēs libri quos vidi habeāt in futurū: nisi sint abrasi ⁊ rescripti.Ideo dico qō hoc patet secundo:qz ipse in.xliij. dis. primi.q.j.ar.iij. in corpore sic dicit. Potentia actiua est respectu alicuius operandi. Unde qñ aliqd est iam determinatū vt sit ꝑsens in actu vel in ꝑteritum trānsit possibilis rationem amittit. Et ideo dicitur

q̄ deus illud facere nō pōt. Hec ille. Si aūt aliquid factū pñs amittit rōnē possibilis: ꝛ pñr induit rationem necessarij: opz oppositū eius inducere rationē impossibilis naturaliꝫ ꝛ ſſ nō logici. ¶ Notandū est quarto q̄ dictis sequit hāc esse differētiā inter socratē in a. instanti volentē b. ꝛ deū ſſ volētē b. in instāti. c. puta in nūc eternitatis: qz socratē non velle. b. in a. est possibile solū logice: non aūt naturaliter: ſz deū in c. nō velle b. ē possibile vtroq̄ mō qz de⁹ i creatura nihil nisi vult libere ℨ dictorie si illō fit futurū. Unde in eo instāti in quo vult pōt nō velle: alioq̄ cū nihil velit nisi in vno instāti. i. c. si in illo nō posset nō velle q̄ vult non esset liber in volendo ad extra ꝓtra pmissa. ꝓximā aūt huiꝰ differētie causam si deo placuerit assignabo in breui. ¶ Quātū ad tertiū prima ꝓclusio est hec Deus ab eterno libere predestinauit vel meliꝰ p̄destinat oēs electos libertate cōtradictionis: ita q̄ poterat nō p̄destinare. Si em̄ nō predestinabat libere ſz necessario: ēt necessario volebat salutē electorū qz in p̄destinatione iclūditur volūtas de salute p̄destinati. Sed illā salutē non volebat necessario: qz in creatura nihil vult necessario ꝛc. Secunda conclusio. Deus nūc ita libere predestinat eos qui adhuc nō sunt saluati sicut ab eterno libere predestinabat eos qui iam sunt saluati. Nā si non esset sic: ideo esset vel quia deus perdidit suam libertatem vel qz salus futura aliquorum p̄didit suā possibilitatem ꝛ acq̄siuit necessitatē vel impossibilitatē. Nō primū Tū qz acꝰ volūtatis dei nōdū est mutatus vt trāsiuerit in preteritū: ſz adhuc est in illo nunc in quo est elicitꝰ ꝛ pñr nunc elicit sicut ꝛ ab eterno: ꝛ pñr nūc vt tūc est liber. Tū qz ꝓ illo instāti in quo deꝰ aliq̄d vult: pōt nō velle illud si sit futurū vt ꝓbatū est. Neq̄ scōm: qz futura p cās cōtingēres cuiusmodi est salus q̄ est ꝓ volūtatē q̄diu sunt futura sunt factibilia: ꝛ pñr possibilia. Tertio. Necesse est hoiem p̄destinatum cōtingēter. i. per liberū arbitriū saluari et p̄scitum cōtingēter damnari. Nam omnis voluntas nō impedibilis vt diuina producit effectum eo modo quo vulteū ꝓduci. i. libere vel cōtingēter ꝛ pñr p̄destinati saluātur eo modo quo deus vult. i. libere ꝛc. Sed cōtra primā cōclusionē. Nā ab eterno aut deꝰ p̄destinabat aut non. Si primū igit nō poterat nō p̄destinare: ꝛ si secundus nō poterat p̄destinare: qz vtrobiq̄ sequit q̄ mutaret. So. p̄destinabat petrū ꝛ poterat illum nō p̄destinare absolute: licet non supposito q̄ p̄destinaret. Et sic ponat q̄ nō p̄destinaret petrū: non sequit q̄ mutet ſz q̄ nūquā illū predestinasset Altera em̄ pars cōtradictionis posita i talibꝰ deponit aliā eternalitatē. Cōtra secundā. Nā omne preteritū necesse est esse ꝑteritū. Sz actus predestinationis saluādoꝝ ē preteritus. Tum qz hoc importat ly ꝑ. Tum qz est eternus. Solu. Imo nō est preteritus sed est ꝑfens ad primū tamē dico: q̄ ly pre: importat antecessionē: sed dupliciter aliquid antecedit aliud. Primo: qz est in eodem ordine cum illo ꝛ non est simul sicut vnus punctus circūferētie circuli antecedit aliud: ꝛ vna hora diei aliā. Et secūdo: qz nō est in eodē ordine: sed coexistit priori existēti in eodē ordine sicut si dicamus cētū circuli vt cointelligitur et coassumitur vni puncto circūferentie: ꝑcedere alia pūcta que sequunt illum cui coassumit. Et ista modo eternitas ꝛ predestinatio ꝑcedit hāc diem qz coexistebat dici eterne. Et sic ptz ad scōm. Cōtra tertiā. Nā ex causa coassumpto vero sequit falsum sic. Quicunq̄ necessario dānat cōtingēter: non pōt cōtingēter saluari qz eo mō quo aliq̄d necesse est esse necesse est oppositū nō esse: ꝛ cōsequēter impossibile est esse. Sz p̄scitꝰ necessario dānat ꝓtingēter nō pōt ꝓtingēter saluari. So. si minor itelligat de necessitate absoluta: est falsa: si de conditionata est vera: ſz nō infert impossibilitatē ꝓclusio nis nisi cōditionatā: qz. f. ex suppositiōe q̄ p̄scitus sit p̄scitꝰ: nō pōt saluari. Et si dicatur q̄ est necesse ipm esse p̄scitū: hoc nego. qz. s. Tho. dicit in. xxxix. dist. j. q. ij. ar. j. ad primū sic. Actus diuine scie nūq̄ trāsit in preteritū: ſz semp est in actu: iō semp manet i libertate volūtatis. Hec ille. Uñ sicut deꝰ nūc libere predestinat

ita ēt libere ꝑscit ac reꝓbat. Hec sunt q̄ breuiter scribere volui vt satisfaceꝝ p modulo meo ingenijs hūanis: verūtm mihi vī q̄ oī aie satisfacere debeat hoc q̄ deꝰ iubet fieri bona: ꝛ mala virari: pmittēs bōis pmia ꝛ minitās penas iniquis. Si aūt deus ista mādat: facibilia sunt: alioq̄ eēt iniquꝰ si hoc sciēs mādaret vel insciꝰ. s. ignoꝛāter. Plꝰ aūt ꝺz hō deo ꝯ sibi credere: qz rudes sumus: nec possumꝰ intelligere grossissima etiā q̄ sentimꝰ ytpote vñ est q̄ palee ꝓseruēt niues ꝛ maturēt emisphilia: cū illud frigus ꝛ hoc calor efficiat.

Dñica. j. post festū Trini.

Questio. xlvj.

